


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

LZ93
393 F-9
KW

CATALOGVS, & BREVIS HISTORIA PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM.

Item;

Catalogus, & Breuis Hiſtoria Antiſtitum Egmondanorum.

Additis paſsim non tam eruditis quam lepidis, ex Sepulchris Eorum; Primorumq; Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ Principum, Epitaphijs.

Auctore,
P. CORNELISSONIO BOCKENBERGIO GOVDANO.

Eccleſ. 7.
Noli verboſus eſſe in multitudine Presbyterorum; & non iteres verbum in oratione tua.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex officina Ioannis Paetſij.
M.D.LXXXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

GENERIS NOBILITATE, ORDINIS AMPLITVDINE, ET ALIIS NOMINIBVS REVERENDIS DOMINIS: D. Lamberto Vanderburchio Decano; Iacobo Rammio, Bartholomæo Gozæo, Alberto Bollio, Ioanni Tatio Amerongio Theſaurario, Gerardo Wijkerſlotio, Henrico Alshouio Zittardo, Rodolpho Straetſmanno, Ioanni Bochoutio, Antonio & Henrico Buttijs, Theodorico Thybautio, Guilielmo Pennantio, Cornelio Dreincwaerdo, Gerardo Borrio Amerongio, Huberto Foukio, Hermãno Schuringio, Henrico Piekio, Iacobo Rumulario, Ioanni Merodio, Ioanni Bilartio, Henrico Vanderburchio; Cæteriſque Collegij Mariani Dominis, Vltraiecti.

P. CORNELISSONIVS, BOCKENBERGIVS, GOVDANVS. S.P.D.

QVANQVAM *præſens tempeſtas quietam antè, florentemque Belgarũ Rempub. miſerè euertens, eos maximè percellat, qui vt præſtent cæteris cum ad vulgi ſtudia tum ad vitia pronis, optimis ac ſalutaribus exercitijs vacant, ſummaq; ope & con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

ſtantia nituntur, ne vitam veluti pecora aut homines ignaui ſilentio tranſigant: excitauit me tamen, Nobiles Ampliſſimiq; Viri, Patriæ noſtræ amor (quam ſtare adhuc ſuo modo poſt multa ac grauia diuturni atque ab hominum memoria fœdiſſimi belli pericula videmus, & gratulamur) vt vel inter extrema corporum & animorum diſcrimina, his rebus ingenij mei facultatem (licet perexigua ſit) potiſſimum occuparem, quibus opitulandi mea quocunq; modo Reip.ca voluntas, promoueri commodiſſimè poſſet. Cumq; horribili opinionum multitudine, bonam orbis partem nefariè diſtrahi, collabentémque viderem, ne temere (vt ſit plerumque) tempus dieſq; ancipiti quadam fatorum via, eò me præcipitem impellerẽt, aut ſenſim perducerent, vnde ſine inſigni leuitatis & inconſtantiæ nota, ad priſtinam ingenij libertatem, eorúmque conſuetudinem, qui me cùm vario genere virtutum, tum multa eruditione ac rerum experientia antecellunt, hominem integrum vix poſſem reuocare, atque reducere: præparaui me ad ea ſtudia, quæ ſi æderentur, non modò cum acerbis vllis opinionibus eſſent pugnantia, ſed ipſas inter ſe pugnantes, in animis cordatorum hominum, & non leuiter quo-

rumuis placitis adhærentium, aliquãtum quoque poſſent componere: Laboraui vt à condito Orbe, per quamplurimas diuerſiſsimaſq́ rationes temporum, quas epochas vocant, neglecta vulgari ac fallaci trutina, certo à me iudicio, cuiuſcunque rei vel gentis examinaretur hiſtoria. Reor etenim, hiſtorias non ſolùm omnium hactenus in orbe rerum geſtarum, teſtes habendos eſſe locupletiſsimos, maximeq́ neceſſarios, at ſine hiſtoriarum cognitione etiã neminem, quantocunque polleat vel ingenio vel induſtria, ad res magnas, & publicæ tranquillitati profuturas (quas ſanè in omni hominum cœtu nõ ſine graui periculo negligi experimur) adminiſtrandum, ſatis euaſurum idoneum, nedum talem, qui humanis rebus maximè ſi ſecundæ aliquando eſſe deſierint, aliqua cum laude opitulari, rectéue conſulere poterit. Quamobrem poſtquam Populorum aliquot & Gentiũ mores vidi, domúmq́ me recepi, maturius hæc animo voluens atq́ perpendens, ar ſi quam primum cupiditate hac (vt arbitror non reprehendenda) ad Res Batauiæ noſtræ præcipuas, ſcriptis meis illuſtrandum: librariorumq́ vſus opera, diuidi paſsim atq́ ædi populo curaui, CATALOGVM, GENEALOGIAM, ET

BREVEM HISTORIAM REGVLORVM HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ, ET FRISIÆ: *Item* ALIA QVÆDAM HVC SPECTANTIA. *Inde quia Perſonarum Hiſtorias primo loco excutiendas, poliendas, tractandasq́; cenſebam, Pōtificibus Vltraiectinis, & (Humaniſs. D. Iacobo* BLONDELIO *Aloſtano, nulli ferè Illuſtri & nobili in Hollandia viro ignoto, vetuſtiſſimas chartas exhibente) Antiſtitibus Egmondanis operam haud pœnitendam nauaui, quæ iamdudum inter bibliothecæ meæ libros deliteſcens, vulgata quoque iampridem foret, ni de Patronis opuſculo, mihiq́; conciliandis, in hac tanta omnium pene rerum mutatione tenuitateq́; hærēdum aliquamdiu exiſtimaſſem. Interim vitæ huius & lucis nobis à Deo indultæ breuitatem atque incertiſſimam vſurā, ſæpe conſideranti (quod multorum lucubrationes non contemnendæ, poſt mortem negligi ſoleant, vel non ea integritate excudi, qua ab auctore prodire poterant) anno ſuperiori, dum in Geldria, inſignis nobilitatis, & eruditionis Viro, mihiq́; Amiciſſimo,* RENATO *à Caſtro* DOROTHEO, *Vauldrycij Domino, iuſtis de cauſſis familiariter aderam, innotuit mihi Optime* VANDERBVRCHIE *Lamberte, lumen ingenij*

genij conſilijq́ tui, Clariſs.^i Adriani illius (fœlicis memoriæ) Equitis Aurati; Prouinciæ Vltraiectenſis, & poſt Flandriæ Præſidis, Alijſque Belgij noſtri ſummis dignitatibus magna laude perfuncti, Generoſo filio nequaquam indignum: acceſſitq́ deinde omnium Veſtrũ Nobiles atque Ampliſs.^i Domini, mihi (licet abſenti & propè ignoto) teſtata beneuolentia, qua cognita, iniquum iudicans, laboris mei fructu temere me cæteroſq́ diutius priuari, videnſq́ ſcripta iam typis aptanda ac prælo, feruente præſertim hoc bello maximo & periculoſiſsimo, haud leui diſcrimini eſſe expoſita, memor itẽ, quantus in alijs ſi vita ſuppetet, cum librarijs exantlandus mihi reſtet labor; amore, patrocinio, & ope, R.^{dæ} V.^æ Amplit.^{ni} fretus, CATALOGVM *hunc* ET BREVEM HISTORIAM, PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM: *Item*, CATALOGVM ET BREVEM HISTORIAM, ANTISTITVM EGMONDANORVM: Additis paſſim non tam eruditis quam lepidis ex Sepulchris Eorum; Primorumq́ue Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ Principum, Epitaphijs, *Omnibus ſimul & ſingulis vobis dedicaui. Cum enim in dicandis operibus Auctores in primis id deceat, eos vt operi ſuo præfi-*

 ciant,

ciant, eorumq́; tutela labores ſuos communiant, quos præ cæteris opus ipſum concernit, quique illo ipſo quod tractatur ſtudio vel maximè exercitati vel plurimum ſunt addicti, poſteaquam Pontificia Dominatio atq; poteſtas apud Vos nuper defecit, neminem ſanè R.da V.a Amplit.i præferre aut potui aut debui, tum quia vix viſum me (vt dixi) humanitate V.a dignati eſtis, tum quod non ſolum Collegij veſtri fulcrum, VANDERBVRCHIVM, *Rerum liberalium ſtudioſiſſimum eſſe, verum veſtrum pleroſq́; etiam Hiſtorijs multum deferre, atque Vniuerſos vos, aut literis, aut literatura ingenuè vtentibus addictiſſimos haberi (vel ex ſolis Nominibus Veſtris, inter Muſarum cultores celebratis) liquidò mihi conſtet. Neque ſuſpecta erit, vel minus exoſculanda videbitur cuiquam ſpero, Pontificum aut Antiſtitum hoc tempore Inſcriptio, cum non de Officio eorum, aut Cærimonijs, alijſue pietatis obtentu controuerſis, à me vſquam inſtitutus ſit ſermo, ſed de Patriæ Noſtræ Rebus hiſtorijſq́; ab omni hominum genere receptis, aut facilè recipiendis; quæ profectò Perſonarum ſucceſſione neglecta, aut perpetuis ignorantiæ tenebris abſconditæ, aut omni illecebra vtilitateq́; iacebũt priuatæ.*

Iunxi

Iunxi verò Pontificibus Egmondanos Antiſtites cum perexiguus alioquin videbatur Ordini V.º Reuerendo dicandus libellus, tum quod ab Anno Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimoſecundo, Vrbis quinque Collegia amore mutuiſq́ꝫ officijs (vt antiqua teſtantur vtrinque data diplomata) cum Egmondanis hactenus ferè arctiſs.ͤ intelligam fuiſſe cõfœderata, tum vel maximè quod Nobile antiquitatis monimentũ Egmondam, ex carne & oſsibus Illuſtriſsimorum Principum Noſtrorum, olim magnificẽtiſsimè auctum, per plurimas hominum ætates, adeo conſtat fuiſſe celebratum, vt vel ſola ſua memoria (licet præter celebres & adipe Nobiliſsimorum hominum pingues agros, lapidumq́ꝫ altiſsimos aceruos, item ratione ac ſenſu vtentia aliquot Simulachra, vix quicquam ſuperſit) cum exteris tum popularibus omniq́ꝫ poſteritati, magnam admirationẽ præſtet atque promittat. Cunctabar nihilominus aliquamdiu, quod multos Antiſtitum, nihil memorabile aut commentario dignum geſsiſſe memineram: at cunctationem ſuſtulit inſtituti mei ratio, qua non tam curioſo lectori, nouo aliquo aut magnifico ſtratagemate continuò ſatisfacere, quam Hollandicarum & priſ-

earum rerum ingenuis examinatoribus earum Perſonarum, quas in hiſtorijs, Decretis, aut ſcriptis alijs, à Maioribus celebratas ſubinde cognoſcimus, certos quoſdam cum temporum diſcretione ordines præſcribere decreui. Vt ſi vſquam (præſertim autem in re controuerſa) annorum ſit ordo obſoletus, cõfuſus, aut omiſſus, ſi modò Perſona habeatur, tum ſimul temporis quoque non multum fallens ratio haberi poßit. Quam verò in omni euoluẽda Hiſtoria, Sapientiæ Prudentiæq́ſtudioſo, tempus veniat exactißimè obſeruandum, norunt non ſolum vulgares illi multarum hiſtoriarum Helluones inſatiabiles, ac domeſtici rabulæ, ad Doctorum & optimorum hominũ ſcopum, è luto (quod Plato rectè barbaricum vocat, quia imperiti ac barbari ſedè in eo hærent) mentis aciẽ dirigere nequeuntes: ſed multò magis, qui ſalutari rerum in orbe geſtarnm ſtudio, certa ratione ac methodo dediti, magnam animi & cõſcientiæ tranquillitatem inde ſe adipiſci, eoq́ ingenuitatis & conſtantiæ in dies prouehi ſentiunt, vt plebeijs philoſophis, ac leuibus rerum commentatoribus, maximè autem cruentis illis opinionum diſputationibus (ſalua religione) relictis, iam ipſa artium ac diſciplinarum

Dial. 7. de Repub.

omnium

omnium matre, diuinis inquam humaniſq́; literis cõmendata, Sapientia (qua nihil vberius, nihil florẽtius, nihil præſtabilius haberi poteſt) piè ſancteq́; confiſi, in medio rerum popularem admirationem habentium, ſenſuſq́; multorum corrumpentium, magna animi ſecuritate, ex temporum decurſu, omniũ quæ in cælo, terra, mariq́; verſantur, cum viciſſitudinem tum naturam ſimul quodammodo contemplentur: quiq́; (vt hoc addam) ſtudio tam venerabili, & ferè præclariſſimis ingenijs tantum dato, ita ſeſe experiuntur exercitatos, adeoq́; magnanimos, vt non amplius vnis circundatos mœnibus populares alicuius loci, ſed totius mũdi, quaſi vrbis vnius ciues, non minus ad omnium hominum communem vtilitatem, quam ad ciuilem aliquam ſocietatem natos conſeruatoſq́; ſe à Deo Opt. Max. eſſe credant, ſuaq́; cumprimis & ſeſe ita moderantur, vt nõ cum miſeris flagitioſiſq́; poſt hanc vitam puniri metuant, ſed ſanctiſſimarum rerum conſciẽtia freti, cum beatis æuo ſempiterno frui ſperent. Quales omnino Vanderburchios, Rammios, Goẑæos, Bollios, Amerõgios, Vicerſlotios, Alſhouios, Straeſmãnos, Bochoːtios, Butios, Thybautios, Pennantios, Dreincuardos, Borrios,

Fou-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Fouquios, Scuringios, Piquios, Rumularios, Merodios, Bilartios, Cæteroſq́; Collegij Mariani Dominos, eſſe confidẽs aut peroptans: cũ id officij eorũ eſſe reor, poſtquam à priſtinis exercitijs vacant, vt ſingulari induſtria, magna prudentia, conſtanti auxilio, ac omnib. facultatib. cũ Chriſtianis tũ publicis Reb. conſulant, Claros viros extollant, plurimos ad decus accendant, denique vt conſulta, facta, aut monimenta fortium & præſtantiſsimorum hominũ enixè commendent; Nobilitate & Amplit. Ordinem Veſtrum Reuerendum, publica & liberali voce interpellans, oro atque obteſtor, vt quicquid à me manu hac dextera exaratum, exarandumue reſtat, maximè verò libellum hunc Pontificum Vltraiectenſium, & Antiſtitum Egmondanorum, ipſumq́; viuum Auctorem vobis Addictiſsimum, contra maleuolorum inſultus, & imperitorũ intolerabiles morſus, magnificè defendere, ac omni modo iuuare non grauemini; Maiora cum in Chriſtianæ Reip. tum in Patriæ noſtræ vtilitatem, poſthac emiſſurus (ſpero) ſi ſtudia huiuſmodi liberalia, labores pios, conatus ingenuos, ſanctamq́; voluntatem, à tot ſimul Patronis (temporis licet iniuria belliq́; incommodis afflictis) commendari

dari

dari ſenſero & promoueri. Valete Nobiles & Ampliſſ.ⁱ Domini. Lugduni Batauorũ, ex Ædib. Ordinis Teutonici, Commendatoris dignitatem obtinente, R.ᵈᵒ D.ʳ Arnoldo Theodori Bockenbergio, Patruo meo Amantiſs.ᵒ Anno à Chriſto Seruatore nato, Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimoſexto; ſupra Orbis conditi (ni fallar) ter Milleſimum Nongenteſimum Sexageſimumſecundum. Indictione 14. Sede Vltraiectina non tam vacante quam ablata. Ipſo die Marianæ Annunciationi ſacro, 8. Calend. Aprilis.

R.ᵈᵃᵉ V.ᵃᵉ Nobilitati
& Amplit.ⁱ

Addictiſſ.ᵘˢ

P. Corneliſſonius,
Bockenbergius,
Goudanus.

HISTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

HISTORIÆ INGENVIS Amatoribus, P.C. Bockenbergius. *S. D.*

POSTEAQVAM alter meus hic liber, Hiſtoriæ Hollandicæ, in lucem prodijt, omniumq́ue patet cenſuræ, ſi qui fortè ingenui Hiſtoriæ Amatores eum videritis, admonēdi eſtis, me pari, vt nuper in Regulorum noſtrorum Catalogo, & breuitate & ratione perrexiſſe, omnemq́ue difficultatem, quę ex Sedis (vt loquuntur) vacatione, magnam Hiſtorijs offundere ſolet caliginem, conſultò à me eſſe prætermiſſam, numeros tamen ſingulari vbique me addidiſſe diligentia, non tam annorum quibus quiq́ue officio dignitateq́ue ſunt functi, quam qui à morte vnius, ad mortem aut honoris depoſitionem alterius interceſſerunt. In quibus ſi aliorum calculos neglexiſſe me deprehenderitis, id non caſu aut temere, ſed maturo factum iudicio in tāta numerorum ſerie credi velim: Nam vt in Regulorum Catalogo præmonui, ex anni parte plerumque annum integrum in generali hac annorum ratione vbique prępfixa feci, qui facilè contrahitur, ſi dies conſideretur, quo quis vita officioue ponitur eſſe defunctus. Exempli cauſa: LXI. Pontifex Fredericus Tautenburgius, hos habet præfixos numeros, .1559. .1580. .21. Inter primum numerum quo mors Egmondani, & ſecundum quo Tautenburgij interitus annotatur,

tatur, ſi numerare incipiam ab anno .1559. ipſum hunc annum includens, vſque ad annum .1580. quem excludo, colligam .21. annos, tertio loco poſitos: vel contra, ſi annum .1559. excludens incipiam ab anno .1560. numerare vſque ad annum .1580. eundem includens, inuenio ſimiliter annos .21. A quibus, ſi Egmondanum anno .1559. 6.Caléd.Octob. Item Tautenburgium, anno .1580. 8.Calend. Septemb. è vita migraſſe obſeruem, dies .32. ſubducendi ſunt; quibus ſubductis, ſi ſimul haberi poteſt tempus quo dignitatem inijt Tautenburgius, iam ſimul patet, quot annis, menſibus & diebus Sedes vacarit: Cuiuſmodi obſeruationes, vacantibus & curioſis hominibus relinquens, ad grauiora & vtiliora pergere malo. Valete, qui ingenuis ſtudijs artibuſque delectamini, & me Veſtri ſtudioſum redamate.

M. AL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

M. ALBERTVS HERMAN-NI GOVDANVS, AD BREVEM Hiſtoriam Pontificum Vltra-iectenſium, & Antiſtitum Egmondanorum;

P. CORNELISSONII BOCKENBER-GII GOVDANI.

I Liber in lucem, Magnatum nobilis actis,
Nam poteris cultus, qua libet ire via.
Non aſſentaris, nec laudibus euehis vllum
Immodicis, nec quem vituperare ſtudes.
Non hac tu titubas in Relligione vel illa,
In dubium quam nunc arma viriq; vocat.
Sed ſcitè potius res geſtas ordine narras,
Pontificum, Abbatum, tēpora certa notans.
Ingenuè id faciens, partes non deligis vllas;
Gratū eſt quod memoras: gratus vbiq; pla-(ces.
I felix, docto gremio geſtaberis, omni
Tempore, priuatis principibuſq; viris.

CATA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Wilibrordus.

Pipinus, favente omnium consensu, virum venerabilem Wilbrordum Romam misit, cuius adhuc Pontificatum Sergius habebat: postulans ut eidem genti Frisonum Archiepiscopus ordinaretur. Beda Hist. Eccl. Anglorum lib. 5. c. 12. Quod ita ut petierat impletum est anno 696. Ordinatus autem est in Ecclesia S. Cecilie martyris die natalis eius imposito sibi a Papa memorato nomine Clementis at mox remissus ad sedem Episcopatus sui; id est post dies quatuordecim ex quo in urbem venerat. Donavit autem ei Pipinus locum Cathedre Episcopalis in Castello suo illustri quod antiquo gentium illarum vocabulo Wiltaburg .i. oppidum Wiltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocatur. in quo aedificata Ecclesia Reverendissimus Pontifex longe lateque verbum fidei predicans, multosque ab errore revocavit plures per illas regiones Ecclesias et Monasteria nonnulla construxit. Nico. Sanderg. de visibili Monarchia lib. 7. pag. 426.

Alcuinus in vita S. Wilibrordi scribit publice in Ecclesia B. Petri principis Apostolorum fuisse consecratum.

Nobilissimis natus parentibus. Fuit in Britannia insula, provincia Northumbria quidam paterfamilias genere Saxo et nomine Vuilgis, qui postea relicto habitu seculari monasticam vitam elegit cum coniuge sua, in promontorijs que mari Oceano et Humbri flumine cinguntur. Ibi etiam multo tempore in quodam parvo oratorio S. Andree apostoli Christi nomine dicato Deo serviens miraculorum signis claruit, et a Deo coronatus corpore requievit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Literis apprime eruditus. Pater eum tradidit Ripēsis Ecclie fratribus religiosis studijs et sacris lris erudiendū. Itaq; in sacris eruditionibus et in oī sobrietate moribusq; honestate beatissimo vsq; ad 20. ętatis sue annū adolescēte in Hybernia vbi scholastica disciplina vigebat Egberti Epi et Vuirberti sacerdotis cōuersatiōe institutus mirifice profecit. Ibiq; 12. annis erudiebatur. ex vita B. Wilb.

Amore propagande religionis. Tricesimo tertio ętatis sue anno assūptis secū duodecim fratribus nauē cōscēdit. quorū aliqui postea ob predicationē Euangelice instātiā martirio coronati sūt. aliqui vero Episcopatus ordinē arripiētes in pace quieuerūt. ex vita eiusdē.

Anno a Christo seruatore nato 690. Anno ab incarnatiōe 687. vl S. Vuilfridus Eps Lindsfarnēsis siue Augustaldēsis deinde Merciorū nouissime Eboracēsis Archieps, Romam iturus nauē ascendisset flāte fauōnio pulsus est ad frisiam et honorifice susceptus a barbaris simul a rege Aldgello pdicabat eis per hyeme totam. Et sic ipse S. Vuilfridus primus opus Euāgelicū cepit illic exercere qd egregij viri et Pontifices Sancti Vuilibrordus et Suuibertus postmodū cū suis socijs compleuerūt. Cū ad aures S. Egberti peruenisset frisiā et Saxoniam idolorū cultibus sordescere statuit illuc tendere, sed diuino ~~oraculo~~ oraculo retentus misit ad eos virū de Comminis

suis Vuigbertum cum duobus pueris et
clericis: qui ascendens navim et in frisiam
perveniens, duobus continuis annis genti illi
ac regi Radbodo verbum salutis predicabat
sed obstante diabolicæ fraudis versutia parum
profecit infectoque negocio Angliam versus
tristis transfretavit. Attamen S. Egbertus
non desistens in inchoato proposito elegit et
congregavit instar duodecim Apostolorum
12. apostolicos viros ex diversis monasterijs
ad prædicandum germanis catholicam fidem.
qui navigantes prospero vento in vuiltburg
sive Traiectum advenerunt a° 690. Pontifi=
cante Romæ Sergio anno suo 3. Imp. Iusti=
niano regnante in Anglia Alfrido rege
Nordhumbrorum. Episcopante in Ecclesia
Coloniensi Aldeuuino decimo Episcopo eiusdem
Ecclesiæ. Ex vita S. Suuiberti. c. 5. et 6.

Ratboldo Rege.] Anno 693. Pipinus de
Herstallo iussu regis francorum magno comi=
tatus exercitu suscepit expeditionem contra
Regem Radbodum: eoque devicto et eiecto ex
Traiecto eum compulit suscipere fidem Christi.
Ex Cronico frisiæ M.S. fol. 32.

Ad Pipinum Brabantiæ Regulum. Con=
tigit Pipinum Ducem francorum diem obire
et filium eius Carolum scilicet Martellum regno
patris potiri: qui multas gentes sceptris
adiecit francorum, inter quas etiam cum
triumphi gloria frisiam devicto Radbodo
paterno superaddidit imperio: in qua tunc
gente S. Vuilibrordus positus est prædicator
sedisque Episcopalis in Traiecto castello delegatus
est. Alcui. in vita S. vuilibrordi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Sanctus Vuilibrordus baptisauit
Pipinum filium francorum fortissi
Ducis Caroli: prem huius nobilissi
Caroli quimodo cum triumphis maximis
et omni dignitate gloriosissime Francorum
regit Imperium. Alcui. in vita S. Vuilib.

Inde Suigberto sortis. Crescente
quotidie numero fidelium cum iam Ecclesias
consecratas haberet: tot decreto omnium
confratrum et neophitorum duos ex eis in
Epos consecrandos elegerunt qui populo
Fresonico preesset ...ditatibus et
Ecclesias dedicarent et ordines sacros cele-
brarent ut post S. Vuilibrordum et S.
Suibertum. Itaque S. Suuibertus ad
Britanniam siue Angliam perrexit cum
Acca et duobus Eumaldis ceterisque
nonnullis neophytis et ego Marcellinus cum
eis: et appulerunt Eboracum in vigilia
S. Laurentij martiris, et a S. Vuilfrido
Merciorum Epo et Egberto Archiepo
Eboracensi infirmo cum magna letitia
et solemnitate consecrauit S. Suuibertum
in festo S. Bartholomei in Epm a°
695. Sanctus vero Vuilibrordus eode
anno Pipinum principem adijt et cum illo
longo tempore permanens detentus ab eo tandem
anno sequenti ab illo Roma mittitur ad
Sanctum Sergium Papam ut ibidem ab ipso
Eps consecraretur genti frisonum: quod ita ut
petierat est completum a° 696 anno primo
Leoncis Imp. Romanorum. Igitur S. Suuibertus
Pontificali fultus authoritate et honore et
corroboratus confirmatione S. Vuilfridi salu-
taris parentibus et amicis ad Christi famulos
qui cum eo erat rediit peregrinitque Vuilten
burg quae Traiectum per annum et multo
amplius antequam S. Vuilibrordus Roma rediret
Traiectum. Marcelli. in vita S. Suuiberti.

Anno quarto
Iustiniani Imp.
forte debet dicere
a° decimo quarto
cum Iustinianus
Imp. annis 16.
Decem ante exilium.
Cuspinia. in eius
vita. fasciculus
temporum dicit hunc
Iustinianum a Leontio
...
... ergo
bene ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

CATALOGVS,
ET
BREVIS HISTORIA PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM.

P. Cornelißonij, Bockenbergij, Goudani.

.I.

PRIMVS.S.

D. .696. .736. .40.

D. VILIBRORDVS, ANGLOSAXO, Nobiliſſimis natus parentibus, pietate & literis apprimè eruditus; cum primum ſacris initiatus eſt, amore propagãdæ Chriſtianæ Religionis, trajecto cũ paris & ſtudij & pietatis* Socijs mari, Anno à Chriſto Seruatore

Dictus etiã eſt Clemens; *Itẽ a liberali panũ diſtributione* Willigbrodus. *Ger. hac tempeſtate.* S. Willeboort, *corrupto vocabulo, vt fere fit.*

Anno 690

*Socij *vndecim. S. Vilibrordi cum ipſo ab Egberto ex Anglia miſsi:* D. Svigbertus *ſiue Switbertus, poſtea in Anglia An. 696. à D. Vilfrido Merciorum Epiſcopo, etiam Pontifex conſecratus, dictus eſt. D. Vilibrordi Coepiſcopus.* D. Vilibaldus, *poſtea Epiſcopus Eiſtadienſis.* D. Lebuinus, *apud Dauentrienſes celebris.* D. Viniboldus, *frater. D. Vinibaldi, poſtea Abbas Heydelamenſis.* DD. Eualdi *duo.* D. Verenfridus D. Marcellinus, *ſiue Marchelmus, apud Dauentrienſes celebris.* D. Acca, *poſtea Pontifex Landisfarnenſis, in Anglia; de hoc Beda Venerabilis, l. 5. hiſt. Eccl. Cap. 21.* D. Vigbertus *in Foſtilandia: (quæ Friſijs putatur contermina:) ob fidei conſtantẽ profeſsionẽ iugulatus.* D. Adelbertus, *Regis Deirorum filius, Primus* Archidiaconus vltraiectenſis, *Egmondæ celebris.*

nato, Sexcenteſimo Nonageſimo, Vil-
tenburgum (nunc Vltraiectum) appu-
lit. Ratboldo verò Friſiorum Rege, pie-
tatem eius Chriſtiq. Religionem præ-
cipuè auerſante, ad Pipinum Braban- 692.
tiæ Regulũ perrexit, qui biennio poſt,
(vt Religionis inſignis erat propugna-
tor) deuicto Ratboldo, feliciorem illi
fecit reditum. Itaque Vilibrordus, na-
cta opportunitate optata, Gentem fe-
ram & barbaram, aſcitis Socijs, paula-
tim ad Chriſtianam pietatẽ traductu-
rus, Viltenburgi, Anno Sexcenteſimo 695.
Nonageſimo quinto, Templum Crucis
Chriſti, Sacrumque initiãdis Chriſtia-
nis in eo lauationis dicauit locum. Inde
Suigberto Socijs (:qui vndique diſper-
ſi Religioni diſſeminandæ omnem na-
uabant operam:) preposito, in Braban-
tiam reuerſus, hortante Pipino, Anno 696.
Sexcenteſimo Nonageſimo ſexto, Ro-
mę à Sergio primo, Pontifice Maximo
pontificijs ornatus inſignibus & ſa-
cra munitus autoritate, Viltenburgi,
anno ſequenti loco collapſæ & olim à
Friſijs vaſtatæ * S. Thomę AEdis, in D. 697.
Marti-

Ordinatio S. Swiberti incidit a° Dni. 695. Consecratus a beato Wilfrido Epo Mercionum. Ordinatio S. Wilibrordi incidit a° 7. Sergij Pontificis.

*S. Thomæ Templũ à Dagoberto Franco-

Anno sequenti. loco collapse: Anno
a natiuitate Dñi 697. S. Vuilibrordus
adepta apostolica benedictioē redyt ad Ger:
maniam cui occurrit S. Suuibertus cum
clericis et discipulis et multis Christianis usq
Embricam. deinde Traiectum pergentes
statim in fundo basilice S. Thome Apostoli
prope castrum Traiectēse Canonicorum
cenobitarum construxerunt Ecclesiam in
honorē S. Martini Epi Turonēsis. in qua
S. Vuilibrordus Archieps frisonum cathe-
dralem ecclesiam sibi stabiliri iussit: quam
per primitiuam benedictionē SS. Vuilibror
dus et Suuibertus Episcopi cū ceteris confra
tribus proprys manibus benedicendo consecra-
runt. Deinde mortuo Radbodo rege frisonum
Christiani libere permissi sunt ubiq; per
frisiam publice Euangelium Christi predicare
Et licet S. Suuibertus precesserit S. Vuili
brordum Epo, tamen S. Vuilibrordus precedit
S. Suuibertum dignitate et primus Archieps
Traiectēsis reputat^r eo qđ a S. Sergio papa
Archieps frisonum specialiter consecratus
et a sede Apostolica ad eundem populum
missus fuerit: atq; qđ ab illustri Principe
Pipino Herstallo et a glorioso filio eius
Carolo Martello ex regali donatione ciuitatē
Traiectēsem cum suis appendicibus pro se
et suis successoribus Epis Traiectēsibus
Ecclesie impetrauerit: et ideo S. Suuibertus
nō Eps Traiectēsis appellatur sed Coeps
Sancti Vuilibrordi. Marcell. in vita S.
Suuiberti: c. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Itaqz Villibrordus nacta
opportunitate. Beatus vulfra
nus vrbis Senonensis Archieps.
cum licentia regis Childeberti et
Pipini principis ad predicandu Friso
nu genti euangelium ex Fontanel
lense monasterio ex eodem loco coo
peratores secum assumens in portu
eiusdem monasterii nauim ascendit et
genti illius ut et duci Radbodo verbu
Dei annuntiabat: idqz contigit anno Dni
700. Pipini principis a° 13. Quod opus
per annos quinqz infatigabiliter peregit
plurimosqz ad fidem conuertit et inter
hos filius Radbodi ducis credens a beato
Pontifice baptisatus est imposito sibi nomi
sui genitoris: et in albis positus obijt.
Prefatus autem princeps Radbodus cu ad
percipiendum baptisma imbueretur, protesta
batur a Vulframo ubi esset maior numerus
regum et principum gentis frisonum in celo
ne an in Inferno: et respondente B. Vul
frano in Inferno qui sine baptismo discesse
rant. Quod audiens a fonte pedem retraxit
dicens se carere non posse consortio prede:
cessorum suorum: Et sic a sacro fonte
infeliciter recessit nec infra triduum
obijt a° 719: qui erat annus septimus
incliti principis Caroli. Et beatus

et et per fluuium magnum Sequanam
mare gallicum
introiens, nauigauit in fri:
siam.

Vulframnus cum Radbodus ei promiſerat
se Christianum velle fieri et baptisari
accersiri fecit B. Vuilibrordum cognomento
Clementem Episcopum et doctorem praefati gentis.
Cum vero eius legatum super hoc facto
ſuſcepiſſet, Vuilibrordus reſpondiſſe fertur
Quia praedicationem sancti fratris nostri Vulframni
pontificis dux vester audire contempsit, meis
quomodo obsecundabit dictis: nam hac nocte vidi
illum in visu catena religatum ignea: unde
certum fore constat damnationem illum iam ſubyſſe
aeternam: cumque iter carperet quod ad domum
eiusdem damnati ducis ducebat, nunciatur
ei ipsum sine baptismo esse mortuum. Sicque
coeptum deſerens iter ad propria repedavit.
Beatus vero Vulframnus rediens ad
Fontanellense monasterium ibidem diem
clausit extremum 13. Cal. Apriles a° 720.

Cui postquã vita meritis sufecerit in annis.

Bis octena quis compleuit lustra pendos

Alcuinus lib. 2. de vita S. Willibrordi. carmine.

Piping Francorum rex, Abdia Ecclæ Cathedrali Sti. Martini Vltrajectinj, à Pipino Carolo Martello et Carolomanno donata, aº. 753 confirmat petente Sto. Bonifacio Archiepisc. Vltrajectinj et Moguntino. vid. Aub. Mirœum de donat. Belg. pag. 353.

Bonifacius.

Ad Credenum fluuium sedes fuit Episcopatus in eiusdẽ cognois oppido Cridantium nunc Kirton qd. natale solum Winfridi illius siue Bonifacij qui Hassios Turingos et Frisios ad Christum conuertit: nunc tantũ mercatu minus frequenti et Epi Exoniensis ædibus notum Wilhel. Camdenus in descript. Brittaniæ sub capite. Comitatus Danmonij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Martini Turonenſis piam memoriam, Sede Pontificia Ampliſſimoq́ue Sacerdotio hactenus clarum erexit rexitq́ue
736. cum Templo Collegium. An°. à Chriſto nato Septingenteſimo Trigeſimo-ſexto, Epternacę Diœceſis Treuirenſis, in Monaſterio Benedictinis Religioſis, ab ipſo fundato & conſecrato ſepultus; Poſtea inter diuos recēſus. 7°. idus Septemb. Feſto annuaq. memoria perpetuo celebratus.

rum Rege, an. 642 fundatū Vltraiecti.

Templum & Colegium D. Martini. 40. Canonicorū.

Monaſteriū Epternacēſe.

Vir virtute potens, diuino plenus amore,
Ore ſagax, & mente vigil, & feruidus actu.

.II.

.736. .752. .16.

SECVNDVS. S. Primus, Occiſus.

D. BONIFACIVS, ANGLVS, Primus Pōtifex Moguntinus, vigeſimoprimo pontificatus anno, in D.
738. Vilibrordi locū ſuffectus, An°. Septingenteſimo Trigeſimo octauo, fundato Viltenburgi ad Venerandæ Crucis Ædem * Seruatoris Templo & Collegio, diſſeminandæ Religioni ſemper inten-

Dictus etiam Winfridus. Alyq́; Scotum ſcribunt. Non minus Scriptis quam viua voce promouit Religionem. Extāt Epiſtolæ eius ad varios. Item vitæ Sanctorū quorundam per eum deſcripta.

* Templū & Collegium S. Seruatoris. 40. Canonicorum. *Ger.* S. Salvatoꝛs Munſter/ofte oude Munſter/eertijts een Clooſter.

* Vidi qui an. 755. poſuit. — Willibaldus in vita eius. To. 3. Surij.

tus," An°. Septingenteſimo Quinquageſimo ſecundo, Nonis Iunij, dum Friſios Chriſti placitis ſtrenuè informat, à Barbaris pietatis hoſtibus Nonis Iunij, † Docomi, ſimul cum duobus & quinquaginta, ſpectatæ fidei & eruditionis ‡ Socijs, nefariè occiſus. Sepultus fuldæ, Diœceſis Moguntinæ, In Monaſterio Benedictinis Religioſis, ab ipſo fundato & conſecrato; Diuiſq. annumeratus. 752.

† Tot Dockum aen de Luwersin Prieſtãt nu onder t Biſdom van Leewardẽ.

‡ Ex Socijs D. Bonifacij, vndecim præcipui recenſentur. D. Eobanus Epiſcopus. Tres Presbyteri: D. Wintrugius, D. VValterus, D. Adalherus, Tres Diaconi: D. Stirebaldus, D. Hamuntius, & D. Boſo. Quatuor Monachi. D. VVaccarus, D. Gunderherus, D. VVilliherus, & D. Adolphus.

TERTIVS. S.

.III.

.752. .784. .32.

A morte. S. Bonifacij, ad annũ vſq. 1112. Traiectẽſis Põtifex, Inſula primariaq; auctoritate à Põtifice Coloniẽſi, (Pontifice Maximo annuente) priuatus eſt.

D. GREGORIVS, in Germania Illuſtri loco natus, Decimo & quinto ætatis anno, ob bonę indolis opinionem, in D. Bonifacij clientelam admiſſus, ætatis decurſu tantus euaſit, vt præ cęteris, etiã auctore D. Bonifacio, Pontificatu (quem annos duos & triginta à morte eius geſſit) pręcipuè haberetur idoneus. Deceſſit. An°. Septingen- 784. teſimo

Bonifacius [illegible] archieps Moguntinus Gregorium Traiecti sibi ordinavit Epm et Lullum sibi vicarium in sede Moguntina substituit.

Bonifacius.

Anno Septingentesimo Quinquagesimo secundo. Passus est Nonis Junij a° peregrinationis suae 40. Incarnationis Dnicae 755. Vixit in Episcopatu suo annos 36. menses sex. et dies sex. Ordinatus enim fuit in Sancti Andreae Apostoli ferijs: Willibaldus in vita Sti Bonifacij posita Tom. Surij 3.

Adijt Romam primo sub Gregorio secundo: existens presbyter a quo ei predicandi munus datum est iuxta literas Pontificis in data Idibus Maij. Leonis 3 anno imperij eius tertio: indictione 2. idest a° Dni 719. Quibus literis acceptis venit in Thuringiam. Audita autem morte Radbodi Regis frisonum qui incidit in annum 719. qui magnam in Christianos persecutionem excitaverat in frisiam navigavit: et apud D. Willibrordum Traiectensis Eccle praesulem triennio mansit. a quo cum in Episcopatu eum sufficere vellet recusato tanto munere cum consensu Willibrordi

versus ad predicandum in Germa:
niam profectus est. prius Ama:
naburgi ^ id nunc est.

^ ubi fratres duo Dietricus et Dierolphus preerant

constructo Monasterio: tum
quendam e suis fidelibus Binnam
nomine Romam cum literis ad Pontificem
misit: qui nuntius reversus
Bonifacius. a Pontifice Romano evocatus eo
statim cum aliquot fratribus eo
profectus fuit. et tum a Pontifice
ipsis feriis S. Andreę Apostoli in
Episcopum consecratus: quod factum
esse ex predictis comprobatur a° Dni
724. Nam a° 719. Roma rediens apud
S. Wilibrordum fuit triennio: id est
a° 720. 721. et 722. a° 723. profec
tus Amanaburgi monasterium condidit
et in Hassia predicavit. Binnam
Romam cum literis a° 724. misit Ponti:
fici indicans omnia que per ipsum hoc
tempore gesta sunt: qui nuntius statim
rediens credibile est Bonifacium
statim itineri se commisisse: ac in
mense Novembri a° 724. Romam
appulisse. Cum autem author

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Sic passio scribitur a° 7~~5~~2 [52]: erratum [est] in
annorum n°. puto. Nam si 36. annos
menses sex dies sex in Episcopatu vixit
iuxta Wilibaldum Epum Eistetensem qui eius
vitam conscripsit et quadraginta peregri:
natus est: et iuxta eundem authorem
a° 719: primum a Gregorio 2. Romae predi:
candi munus accepit ac tunc inde in Thu:
ringiam [praedicandus] profectus ~~Traiectum~~ apud dominum
Wilibrordum triennio mansit: et inde ~~cum~~
[cum] ~~ab~~ eum in eius locum sufficere vellet
rursus in germaniam profectus ad
predicandum et tunc ~~[illegible]~~ Romam adiens
prius ordinatus fuit ex collatione
annorum: incideret eius passio in annum
760. vel ad minus 759. in mense Iunio
quare puto eum simul tantum vixisse
tam ante predicationem quam post consecra:
tionem eius in Epum triginta sex annos
menses sex: dies sex: incipiendo ab a°
719: et sic eius passio incidet in anno
Dni. 756: et quod vixerit in Episcopatu
a°s 32. mes. 6. d: 6. Nam a° 756: in
humanis fuisse constat ex Nauclero
in generatione ~~36.~~ 26. Vbi meminit
Bonifacium epistolam scripsisse Stephano [Stephani 2i successore.]
3. Papae: qui successit Zachariae. Vbi testa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

plus q̄ 30 annos legatione Romana
functum esse: quod ~~tamen fuit~~ post
consecrationem eius munus impositum fuit

Idem Nauclerus meminit cuiusdam epistolae
S. Bonifacij scripta ad Stephanum 2.
ubi salutatione praemissa: dicit Nam tempore
Sergij pontificis venit ad limina SS.
apostolorum presbyter quidam mire absti-
nentiae et sanctitatis genus Saxonum
nomine Vuilibrodus quem praefatus Papa episcopum
ordinauit et ad praedicandum paganae
genti frisonum transmisit in littoribus
Oceani occidui, qui per quinquaginta
annos praedicans praefatam gentem frisonum
maxima ex parte conuertit, ad fidem Christi
phana et delubra destruxit et ecclesias
aedificauit ac sedem episcopalem et eccle
siam in honore S. Saluatoris constituens
in loco quod et castello quod dicitur Traiectum
et finitis longaeuae vitae diebus in pace
migrauit ad Dominum. Princeps autem
Francorum Carolomannus commendauit
sedem illam ad constituendum et ordinandum
Nempe Gregorium. episcopum quod et fecit. Nunc autem Colo
niensis episcopus illam sedem sibi usurpat
et ad se pertinere dicit propter funda
menta cuiusdam destructae a paganis ecclesiae
quam Vuilibrordus dirutam usque ad solum

teſimo Octuageſimo quarto. Octauo Cal. Septemb. Vltraiecti in S. Seruatoris Templo ſepultus; Diuorum numero item aſcriptus.

.IIII.

.784. .794. .10.

ADELBRICVS, ANGLOSAXO, antè Gregorij (dum Is morbo laboraret) Vicarius, poſtea ob teſtatam animi integritatē, communi ſuffragio
794. electus Pontifex. An°. Septingenteſimo Nonageſimoquarto, 12. Cal. Sept. diem ſuum obiens, in S. Seruatoris Æde ſepultus.

Huius tēpore, inuentum eſt Dauentriæ, Corpus D. Lebuini Tranſiſelanorem Apoſtoli, hactenus in primario Urbis Templo ſeruatum.

.V.

.794. .800. .6.

THEODARDVS, FRISIVS, eximiæ eruditionis & pietatis; Sepul-
800. tus Anno Octingenteſimo, in Templo Seruatoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.VI.

.800. .827. 27.

HERMACARVS, FRISIVS, Vir Pius, Sepultus item Anno Octingenteſimo Vigeſimoſeptimo, in Templo Seruatoris. 827.

.VII.

.827. .836. .9.

Alijs, Ritfridus *vel* Rixfridus, *multa a Carolo Magno Priuilegia impetrauit*.

RICOFRIDVS, FRISIVS, Pontificijs ornamentis nõ indignus; Anº. Octingẽteſimo Trigeſimo ſexto 3. Nonas Octob. è viuis diſcedens, ad Maiores humatus. 836.

.VIII.

QVARTVS. S. Secundus Occiſus.

.836. .838. .2.

Ghebozen tot Adelen op het Slot by Heſbeecum.

D. FREDERICVS, in Orientali Friſia, Nobiliſſimis ortus Parẽtib. & apud Ricofridum optimè ab ineunte ætate inſtitutus, poſteaq. opera Ludouici pij Imperatoris, aliorumque hortatu, eius ſucceſſor; inedia precationeq. aſſiduis,

item

in castello Traiecto repperit, et eam
proprio labore a fundamento construxit
et in honore S. Martini consecravit.
Hactenus Nauclerus.

NB: quod in vita S^ti Bonifacij
Tom. 3. Surij author mentionem
facit quod Bonifacius cum terras
Frisonum discurrisset ad Bortnam
fluvium pervenit quod est in confinio
eorum qui vulgari idiomate vocant
Oster et Vuester reihe: et comitibus
suis stipatus iussit ibi tentoria figi
volens eodem loco nuper baptizatorum sustinere
adventum confirmationis gratia
Iam enim propinquabat dies eidem
confirmationi destinatus; Quantum
ex Ciclo decennovennali colligere
licet ex Beda: a° Dni 752. dies
Paschae incidit in diem ~~4. Calend.~~ V. Idus Aprilis
Pentecostes vero fuit. V. Calend. Junij
Quatuor temporum ultima Maij: quo
anno S. Bonifacium passum quidam
volunt: Alij vero ut author vitae
in 3. Tomo Surij eum passum scribit

[Margin, beside "Iam enim propinquabat…":] Qui dies communiter observabatur in feria Mercurij post festum Pentecostes.

[Margin, beside "Quatuor temporum":] Mercurij

A° Dni 755. Pascha vero fuit
5. Idus Aprilis. Pentecoste igitur
fuit. 8 Calend: Junij: dies vero
Mercurij quatuor temporum fuit
v. Calend. Junij. Si vero passionis
annum Sti. Bonifacij refferas ad annum
Dni 754. dies Nonarum Junij incidit
in die Mercurij quatuor temporum
Pentecostes. Nam Pascha eo anno
incidit in 18. Calend. Maij. Pente-
coste in secundum diem Junij. et
tertio ab inde die videlz dies Mercurij
quatuor temporum incidit in v. Junij
quo die festum Sti. Bonifacij. passim
celebratur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

item liberalitate in miſeros & egentes, ſanctitatis & innocentiæ exemplum quoddam præcipuũ, poſtquam Egerũ ‡ Valachriç Regulũ, Valachroſq́. repudiatis Idolis, Vni Deo credere & ſacra facere conſtanter docuit; Ad ſuos reuerſus, quod Imperatoris cum † Iuditha propinqua agnata, contractum Matrimoniũ, iamdudũ liberius improbaret, nulliſq́. vel Iudithæ Lenocinijs ſe flecti
838. ſineret, altero Pontificatus an°, 15. Cal. Aug. in S. Seruatoris AEde, poſt ſacra peracta, inſtinctu Iudithæ, indignè trucidat⁹, & ibidẽ cõditus. Diuis aſcript⁹.

‡ VValachria *Ger.* Walcheren/ *non tam pro Inſula Zelandiæ quæ etiam hodie nomen ſeruat, quã pro tota Zelandia cum hic tũ alibi in Hollãdiæ Hiſtoria ſæpe acipitur.*

† Iudith. *Sereniß. Principis Bauariæ filia.*

.IX.

.838. .845. .7.

ALBERICVS, FRISIVS, D. Frederici frater, nõ tã vultu & corpore, quam indole & modeſtia præſtans, deſignante ‖ D. Odulpho (cui ſumma inter Collegas ob vitæ integritatẽ & eruditionẽ erat auctoritas) vno omniũ ſuffragio cooptatus: Moritur, An°. Octingẽteſimo Quadrageſimoquinto. 18. Cal. Sept. In S. Seruatoris AEde ſepultus.

Alijs Alfricus. *H. tem. Nortmanni & Dani, atrociter rurſum graſſarẽ cæperunt.*

‖ D. Odulphus, *Orſchotẽ in Brabantia natus, Canonicus Vltraiectẽſis, tota Diœceſi, maximè verò Vltraiecti, & Staueréni apud Friſios celeberrimus.*

.X.

.845. .856. .11.

Huius tempore, circa an. 856. D. Ieron, vel Hiero aut Iegeo, Nortuici celebri Hollandiæ pago, à Nortmannis occiditur, cuius corpus poſtea Theod. 2. Holl. Reg. iuſſu, Egmondam tranſlatum eſt, Capite (quod viuo amputatum fuit) Nortuici relicto.

LVDGERVS, FRISIVS, Doctus & Pius; Anno Octingenteſimo 856.
Quinquageſimo ſexto. 19. Calen. Maij.
vita priuatus. Ad Maiores ſitus.

.XI.

.856. .866. .10.

Huius tẽpore. circa an. 860. ad Catuicum, vi tempeſtatis occluſum eſt Oſtium Rheni. Item: Anno 863. Theodoricus Aquitanus, Primus Hollandiæ Regulus conſtituitur.

HVNGERVS, FRISIVS, Doctus item & Pius, primo Pontificatus anno, à Nortmannis Vrbem occupantibus Sede pulſus. Moritur, An°. Octin- 866.
genſimo Sexageſimo ſexto. 11. Calend.
Ian. Incertum quo loco ſepultus.†

† *Quia dies mortis habetur, ſuſpicor eum in Marciano ſepultum, nomenq́; nimia vetuſtate interijſſe, ut patet in fine libri.*

.XII.

.866. .900. .34.

ODIBALDVS, FRISIVS, cum Priuilegiorum tum bonorum auctor

Hungerus.

Ecclesia Traiectensis e vita sublato
Episcopo, pastore orbata fuit. Mox
collectus clerus cum beato viro Odulpho
tractabant de eligendo successore. Diu
autem illis inter se contendentibus tandem
elegerunt presbyterum quendam
Hungerum nomine: qui licet vultu
deformis esset, meritis insignis
erat. Cuius tanta fuit vitae inte-
gritas: ut post Wilibrordum et
Bonifacium sanctos Episcopos in illa
sede nullus repertus sit, qui usque ad
supremum vitae diem excellentia virtu-
tibus par illi fuerit. In vita
S. Odulphi t. 3. apud Surium.

Anno dni 840. Nordmanni pira-
tis excursionibus usque quaque
grassati; Frisones rebelles subjugant
eodem tempore per Rhenum vecti Coloniam
obsident, per Albiam vero Hamburg
incendunt. Inclyta omnibus illa urbs
perdita est incendio disperiit. Ibi
Ecclesia, ibi claustrum, ibi bibliotheca
libris collecta studio consumpta est.
Sanctus Ansgarius cum reliquiis SS.
martyrum nudus evasit. Chronic.
Stadens. hoc a°.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Anno Dni 876 post mortem
Lotharii ex Lotharii filius
Saxonia a Danis vel Nordmannis
vastata est Brun dux cum suis
aliis comitibus XII. Theodericus
et Marquardus Epi obtruncati Tunc
Frisia depopulata est et mortuis multis
[illegible] Sanctus Radbodus Ultrai Eps
eiectus per Normannos Daventriae sedem constituit
ibique in [illegible] aulas [illegible] pagi
eius obiit est. ex Chronica Stadense sub
anno

ctor & cõſeruator eximius; magna lau-
900. de perfunctus officio; An°. Nongente-
ſimo. 4 Idus Decẽb. decedens, in Tem-
plo Seruatoris ad Maiores ſepultus.

.XIII.

.900. .901. .1.

EGIBOLDVS, FRISIVS, magnæ Religionis; ſemeſtri Põtificatu functus; An°. Nongenteſimoprimo. 7. Cal. Octob. decedens; Ad S. Seruatoris Tẽplum delatus.

.XIIII.

QVINTVS. S.

.901. .917. .16.

D. RATBODVS, FRISIVS, Regio
Ratboldi Friſiorũ Regis ſtemmate cla-
rus, ſed literis & ſumma ſanctimonia
clarior; Dauentriæ vbi ob Danorum
917. rabiem ferè egit, Anno Nongenteſimo
Decimoſeptimo. 3. Cal. Decemb. mor-
tuus, & in primario Vrbis Templo ſe-
pultus; Annuis ſacris vſq. ad hæc no-
ſtra tempora honoratus.

Gheborẽ in de Stede vã Lentegoe. *Scripſit de laudibus S. Martini. Lib. 1. de laudib. S. Bonifacij Epiſcopi Lib. 1. de S. Amelberga. Lib. 1. Homeliarum & Sermonum lib. 1. Flores de S. VVilbrordo. Itẽ alia nonnulla.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XV.

.917. .977. .60.

Nota

H. tempore, Nortuici, inuẽtum eſt corpus S. Iereonis. † *alibi* Luthardi.

BALDERICVS, CLIVIVS, † Lutgeri, decimi Cliuorum Reguli filius; Vrbe & Diœceſi Vltraiectenſi iamdudum graſſantes Danos vicit, exegit: Collapſa vbiq. & deuaſtata erexit, mœnia foſſis turribus propugnaculiſq́ue ornauit, muniuit; Templum diuo Martino Turonẽſi, à D. Vilibrordo fundatum, demoliri, & magnificentius ædificari iuſſit. An°. Nongẽteſimo Sexa- 966.
geſimoſexto, in Italiam ad Othonem primum, Imp. profectus, Diuorum Benigni, Pontiani & Agnetis corpora, Vltraiectum tranſtulit; latentia item hactenus ſanctorum Lebuini, Verfordi, ‡ Plechelmi, Vironis, Otgeri, Odulphi, Ratbodi, corpora, magna veneratione excepit, & publicè ſuis locis veneranda propoſuit. Mortuus poſtquam annos Nouem ſupra Quinquaginta Pontificatu eſt functus, An°. Nongenteſimo 977.
Septuageſimo ſeptimo, 6. Idus Ianuarij.

Templum D. Martini ſtruitur magnificentius.

‡ S. Plechelmus *Epiſcopus dum viueret, in Petri monte apud Rureman dã egit: Quieſcit in* Oudẽzeel *oppido Tranſiſelano, iam Diœceſis Dauentrienſis. de hoc Beda. l. 5. cap. 24.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Interfuisse synodo generali apud Engelenheim, a qua Gallia et Germania Episcopi vocarunt iussu convocati ad septimum Idus Junij: causa maxima erat dissensionis quae agitabantur inter regem Ludovicum et Hugonem Principem item inter Artaldum Remensem Episcopum et Hugonem illius substitutum eiusdem urbis pervasorem praesente Marino Agapeti 2. legato a° Dni 948. Baron. Tom. X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

rij. Vltraiecti in S. Martiniana Ædehumatus; hos habet Verſus:

Traiectina feris Vrbs Danis verſa latebat,
Baldricus *priſcum reddidit ille decus:*
Auſpicio cuius, iam Pontius, Agna, Benignus,
Conſeruant Vrbem, fulget & Eccleſia.

S. VViro. D. Plechelmi ſocius, etiã Epiſcopus, in tanto honore à Pipino Francorum Duce eſt habitus, vt peccatorum exomologeſin facturus detractis calceis eum adiiſſe legatur. S. Otgerus *Leuites cum. SS. Plechelmo & VVirone Romæ Epiſcopatu inſignitis, ex Anglia in Petri ſiue S. Odiliæ montem venit. Seruata ſunt hactenus eius Reliquiæ Ruremondæ in præcipuo Templo,*

.XVI.

.977. .990. .13.

VOLCMARVS, FRISIVS, virtute Maioribus reſpondens;
990. diem obijt An°. Nongenteſimo Nonageſimo, tertio Idus Decemb. In S. Seruatoris Æde ſepultus.

.XVII.

.990. .994. .4.

BALDVINVS PRIMVS, HOLLANDVS, Illuſtris, & Probus; An°. Non-
994. genteſimo quarto, circa 6. Id. Maij. ad Maiores (vt quidam volunt) in ſacra Seruatoris AEde ſepultus.

Arnoldi, Duodecimi Reguli Cliuiæ & Balderici Pontificis Nepos, forte in Martiniano conditus, apud Hungerum. 11. *cuius ſepulchrũ nõ inuenitur alibi, vt patet in fine libri.*

.XVIII.

.XVIII.

.994. .1008. .14.

Nota

ANFRIDVS, Nobiliſſimo Caroli Magni genere natus; † Iuhonum, Bratuſpantij, & Teyſterbandiæ Regulus, Vxoris ſanctitate explorata (quam iniquè accuſatam, adulterij habebat ſuſpectam) mutuo interueniente cõſenſu, ſacris initiatus, Pontificijſque clarus inſignibus, Iuhonẽſem Dominatum, Leodienſi, Bratuſpantium, cum alijs dominijs ampliſſimis, in perpetuum Vltraiectenſi dedit Pontifici. Inde fundato in. S. Monte ad Amerſfordiam ‡ Monaſterio, & Benedictinam Religionem profeſſus, An°. Milleſimo octauo, ibidem terræ redditur. 1008

† vel Huionũ. Graeff van Hoye ende Teyſterbãt &c. woonẽde meeſt tot Driel by Bommel. *H. tempore, munificentia Othonis, & Hẽrici Imperatorum, maximi cenſus Summo Collegio acceſſerunt.*

‡ Ab S. Pauwels Abdie binnẽ Vtrecht.

.XIX.

.1008. .1027. .19.

ADELBOLDVS, Nobili loco apud Friſios ortus, D. Henrico. 2.

Antè Sacerdos Monaſterij Lobienſis, Ordinis, D. Benedicti, tam in prophanis, quam in ſacris literis egregiè eruditus. Extant eius Opuſcula: De vita. S. Henrici Imperatoris. de laude S. Crucis. de laude S. Mariæ, Item alia tam metro quam oratione ſoluta edita.

Impe-

Ausfridus Godeboldus Traiectensis Epus
abdicato episcopatu in Monasterium Bene-
dictinorum abiendo. Espencaeus libro 3
ad priorem Divi Pauli ad Timotheum epistolam
fol. 349.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Adelboldus eps Traiectensis. ex
monacho ordinis D. patris Benedicti (sub
cuius noie Herigerus abbas Lobiensis
dialogum de adventu Dni composuit)
vir divinis scripturis studiosus, et
eruditus, atque in secularibus literis
egregie doctus: ingenio subtilis, eloquio
disertus, vita et conversatione praecipuus
et ob eas virtutes in aula sancti
Henrici Imp. magno in precio habitus
Scripsit nonnulla haud contemnenda lectu
opuscula, quibus nomen suum posteris
notificavit. E quibus extant. vita et
gesta eiusdem sancti Imp. Henrici lib. 1,
de laudibus Stae Crucis lib. 1. de laudibus
quoque Stae Mariae lib. 1. Varios etiam sermones
in laudes SS. edidit. et alia multa
tam metro quam prosa. mortuus fuit
Conrado 2do anno Dni 1027.
indict. X. Episcopatus sui anno 18.
v. Cal. Decemb.

In vita S. Popponis : apud Surium Tom. 1. Januarii. 25. c. 16.

In quamplurimis monasterii institutis coenobiis a Cunrardo rege rectores singulos singulis praefecit et post pauca. Sed et apud Traiectum quod Phresiorum respicit, ab Adalbaldo eiusdem civitatis Episcopo coenobium Sti. Paulo regendum suscepit, ibique clericorum tam prodesse quam praeesse praecepit. Illorum humanis sublatis, duos ex regimine eorum viritim sibi succedere iussit. Non multo post memoratus Antistes Adalboldus hortatu beati viri, ad monasticam institutam adspiravit, omnemque illius pastoralis pontificii administrationem commendavit quam tamen ex praecepto b. Popponis iterum recepit et in ea quoad vixit, sub monastico habitu permansit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Imperatori à Conſilijs, poſt Pontifica-
tum adeptum, etiam Hollandienſe im-
perium immodicè affectans, Friſios
in Theodoricum. 3. Hollandiæ Regu-
lum concitauit; vnde An°. Milleſimo
Decimooctauo, ad Bodegrauiam, ſe-
mel atque iterum cum Theodorico in-
felici congreſſus euētu, tandem capti-
uus abducitur, grauius multandus,
ni cum Friſios peteret Princeps, caſu
memorabili, ad ipſos eſſet elapſus. Hic
1015 Anno Milleſimo Decimoquinto, D.
Martini Templū, à Balderico extructū,
demoliri, eaque fere qua nunc forte vi-
ſitur forma, auguſtius reędificari iuſſit,
Tylanum Templum vetuſtum D. Val-
burgis, à Danis vaſtatum, AEdificio
‡ Collegioque Sacerdotum honeſta-
uit. Sepultus circa Calend. Decemb. in
AEde (quam ædificauit) ſacrarum ma-
1027 xima, Anno Vigeſimo ſeptimo ſupra
Milleſimum.

De Domkerck tot Vtrecht volmaeckt int Jaer 1023.

‡ *Loco Canonicorum Regularium, Octo alios Sacerdotes Canonicos instituit. In quorum locum Anno 1329. Feſto DD. Petri & Pauli, ſucceſſerūt Domini Teutonici.*

.XX.

.1027. .1054. .27.

Nota

Bernoldus, Paſtoor vā Ooſterbeke buyten Vtrecht. H. tempore, cū cenſibus etiam Priuilegia ampliſſima Sacerdotibus acceſſere.

BERNVLPHVS, antè Oſterbecæ Sacerdos, vir Prudens & Doctus, Conradum 2. Imperatorem de felici Giſelæ Vxoris partu (quam grauidam domi eius reliquerat) certiorem faciens, (dū de nouo decernendo Pontifice, Vltraiecti inter Collegiorum Sacerdotes minimè conueniret, ipſiq́ue Conrado communi ſuffragio (quia componendi diſſidij cauſſa acceſſerat) fortè deſignandi quem vellet iam delata eſſet poteſtas) ab Imperatore Pontifex conſtitutus. Duorum Collegiorum. SS. Petri & Ioannis, apud Vltraiectenſes Auctor: Etiam † Benedictinum Monaſterium, prius ab Anſfrido in S. Monte poſitum, apud Eos in diui Pauli conſecrauit memoriam. Tranſmiſſis item ex S. Seruatoris viginti Sacerdotibus (quos Canonicos vocant) Dauentrię D. Lebuino, magnificum fecit Collegium. In D. Petri quod fundauit

Templa & Collegia. SS. Petri, & Ioannis, fundantur.

† S. Pauwels Abdie binnen Vtrecht/van dē heylighē berch buytē Amerſfoꝛt.

Collegiū D. Lebuini Dauentriæ fundatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Bernulphus obyt 14. kal.
Aug. 1054 & sepultus est in me-
dio inferioris Chori sive sub
puncto crucis ~~totius~~ tecti
totius templi D. Petri, ~~sepul-
tus est~~ ante cryptam, cuius
sepulchrum me praesente
5. kal. Decemb. 1656 pate-
factum est, ea occasione quod
chorus praedictus, qui gradi-
bus ascendebat, complana-
batur cum pavimento
templi, in usum coetus
Gallici, qui jussi erant mi-
grare huc ex templo D. Jo-
hannis ad habendas conci-
ones suas euangelicas; vidi quod
juxta alios sepulchrum usque
adhuc integrum mansisse
totumque corpus exceptis duo-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Wilhelmus primus. Anno 1065.

Hoc tempore Sigifridus Moguntia-
censis Archiepiscopus Wilhelmus Traiectensis
eps et Gembarus Babenbergensis
Eps otto Ratisponensis Eps cum magno
apparatu et comitatu Hierusalem
proficiscentes in eo itinere a paganis
multa sunt perpessi. Herm. Contract.
Sigefridus Moguntinus Eps Gunderus
Babenbergensis. otto Ratisponensis. et Wilhel.
Traiectensis. epi item alij quamplures
columne et capita galliarum autumnali
tempore Hierosolimam proficiscuntur. Intrea
dum magnitudine opum suarum gentibus
per quas iter habebat incautius ostentarent
ultimum sibi periculum consciverunt: et
cum a civitate cui Romule nomen est una
vel plus mansione abessent proxima parasceve
ante Pascha circa 3 diei hora incursionem
passi sunt ab Arabitis qui comperto tam
insignium virorum adventu undique ad spolia
diripienda frequentes armatique confluxerant
prima statim congressione Christiani pro-
strati, vulneribus multis confecti et omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

quae habebant a filo subtegminis usque ad
corrigiam caligae expoliati sunt. Inter quos
Wilhelmus quoque Traiectensis episcopus brachio
pene plagis debilitato nudus ac semivivus
relictus est: ac pede paulatim subtrahendo
ad villam quae ab ipso itinere mediocri spatio
distabat Capharnaum hanc fuisse ex similitudine
vocabuli coniiciebat. quam ingressi episcopi omnes
atrium quoddam occupant humili septum maceria
in cuius medio domus erat cenaculum habens
satis editum: huius superiora Moguntinus
et Babenbergensis cum clericis suis, inferiora
ceteri episcopi sibi vendicabant: laici omnes ad
arridam vim bestiarum et materiam defendendam
impigre discurrunt. Itaque Christiani toto
parasceue, toto sabbato sancto usque ad tertiam
fere horam Paschalis diei sine intermissione a
duodecim millibus oppugnabantur. Lamb.
Schafnaburg.

1066 Rex natalem domini Goslariae. Pascha
Henricus IIII. Traiecti celebravit. Eberhardus Treui
rorum Archiepiscopus dum in sabbatho sancto
tantae diei misterium solemniter populo exhibu
isset regressus in sacrarium, caput in sinum
Archidiaconi reclinavit circumstantibusque
fratribus spiritum exhalavit. Idem.

1072. Rex Palmas Coloniae Pascha
Traiecti celebravit.

Plura de Wilhelmo hoc vide apud
Lamb. Schnafburg. sub anno 1075.

uit Templo, Anno Milleſimo Quinquageſimo quarto ſepultus; & populari religione ferè ad hęc vſque tempora frequentatus.

.XXI.

.1054. .1075. .21.

GVILIELMVS PRIMVS, Vindequindi Vicarij Principis Geldriæ filius; poſt Hollandiæ imperium, ab Henrico 1°. Imperatore impetratum, cum Godefrido Gibbo, Lotharingiæ regulo, nepote, Anno Milleſimo Septuageſimoprimo, Robertum Friſium ad ‡ Leydam, bello vincẽs, fundato caſtro Iſelmondano, ac firmis paſſim vbique diſpoſitis præſidijs Theodoricum Quintum, eiuſque vicarium, Robertum Flandriæ Regulum, annos aliquot iniquè excluſit. Sepultus paulo poſtquam Godefridus temeritatis pœnas dedit, in Auguſtiſſimo Vltraiectẽſium Templo, An°. Milleſimo Septuageſimo quinto.

Hollandiæ Dominatus Pontifici Vltraiectenſi datus.

De Godefrido Gibbo, & Roberto Friſio, cæteriſq. huc ſpectantibus, vide breuem noſtram hiſtoriam Regulorum Hollandiæ.

‡ Lugdunũ Batauæ.

Mortuus eſt Gibbus 5. Cal. Martij. Guilielmus. 4. Cal. Maij.

.XXII.

Tertius Occiſus.

.XXII.

.1075. .1099. .24.

CONRADVS, SVEVVS, inter alios Henrici 4. Imperatoris familiares egregiè nobilis, fauore imperiali Pontificatum adeptus, An°. Milleſimo 107
Septuageſimo ſexto, pro Hollandica Dominatione, temerè cum Thodorico quinto, Hollādiæ Regulo, ad Iſelmondam commiſſo prælio, Caſtroque illo munitiſſimo expugnato, tandem ſe dedens, non antè dimiſſus eſt, quàm iniquè inuaſam Hollandiam, Caſtrumque Theodorico Principi reſtituiſſet. Hic, poſt expugnatū ab Henrico quarto Imperatore Mediolanum, Templumq. ibidem Auguſtiſſimum Mariæ Virginis exuſtum, cum veluti ſacrilegij Imperatoris conſcientia impatiens, alibi Nouam D. Virgini AEdem ædificandam ſuaderet, auctor ei fuit, vt Vltraiectinam eo exornaret Ciuitatem. In quo deinde Ampliſſimum inſtituēs Sacerdotium, non immeritò Mariani Colle-

Prælium ad Iſelmondam pro Hollandiæ imperio.

Templum & Collegium D. Mariæ Vltraiecti fundatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Successit Wilhelmo Cunradus Mo-
guntini Archiepi Camerarius. Lamb.
Schafnaburg. sub anno Dni 1076. fol.
236.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Collegij putatur eſſe fundator. Anno
1099 Milleſimo Nonageſimonono, octauo
Cal. Maij, ab † Architecto Friſio, occi- † *In fine libelli adiectum eſt Carmē, non ſolum Hiſtoriam fundationis Tēpli, ſed cauſſam cædis etiam latè declarans.*
ſus, & in recens ædificato diuæ Mariæ
Templo ſepultus.

.XXIII.

.1099. .1112. .13.

1112. BVRCHARDVS, Dignus Pontificatu; Anno Milleſimo Centeſimo duodecimo, circiter 15. Calen. Iunij, in ſacra D. Martini AEde terræ redditus.

.XXIIII.

.1112. .1128. .16.

GODEBALDVS, FRISIVS, Vir cum primis Religioſus; Inſulam à morte D. Bonifacij Pontificib. Vltraiectinis ademptam, ſibi ſucceſſoribuſq. à Pont. Max^o. recepit. Iuſtam ob cauſſam pulſis Middelburgo Sacerdotib. quos Regulares vocant, ex Antverpiano D. Michaelis Monaſterio accitis alijs, nouum Monaſterium inſtituit. Mortuus

Inſula redditur Pont. Vltraiectinis.

Monaſteriū Præmōſtratenſe Middelburgi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Anno Milleſimo Centeſimo Vigeſi- 1128.
mooctauo, circa Idus Nouemb. paulò poſtquam defunctus Pontificatu, Religionem D. Benedicti erat profeſſus, Sepelitur in grauiſſimæ & ſanctiſſimæ diſciplinæ Oſtbrocano Monaſterio, quod & ipſe fundauit.

Pont. Vltra. fit Monachus. Monaſteriũ Benedictinũ, D. Laurentio ſacrum fundatur; Ooſtbrouck.

XXV.

.1128. .1138. .10.

H. Andries van Cuijck. † Staueren. Sturiorum oppidum. H. temp. Hermannus Cuiquenſis, Monaſterium Inſulæ D. Mariæ (vulgo, Marie Weert) fundauit.

ANDREAS CVIQVENSIS, Comitis Cuiquenſis filius; Dignus Pontificatu; Abactis† Stauereno Sacerdotio indignis, duodecim Religioſos Oſtbrocanos in eorum locum ſubſtituit. Anſelmum Egmondanum Antiſtitem, Monaſterij bona, & ſibi commiſſos nefariè perdentem, ab officio remouit. Vltraiecti in S. Martiniana AEde, Anno Milleſimo Centeſimo 1138.
Trigeſimo octauo, circiter 9. Calend. Iulij humatus.

XXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XXVI.

.1138. .1150. .12.

HEREBERTVS BERONIVS, FRISO: obſidione à Theodorico 6. Hollandiæ Regulo, Vltraiecti arctè preſſus, iam deſperata ſalute, vt olim ad Padum D. Leo Pontifex Max. Atilæ, ſic ſacris prẹlatis ſignis, veluti ſolenni ſupplicatione inſtituta, pontificio ornatu, & pōpa Sacerdotali,‡ Theodorico hoſtibuſque armatis occurrens, exitialem belli euentū, ferrumq́. minacis exercitꝰ, à ceruicib. ſuorū magna pietate auertit.
1150. Terræ redditus An°. Milleſimo Cēteſimo Quinquageſimo, 3. Nonas No. in Templo S. Martini, ad Maiores.

H. Herbert van Beron. *H. tempo. anno 1148. cõflagrarunt Vltraiecti Templa: D. Martini, D. Petri, D. Ioannis, D. Pauli. Item Sacrariū ad S. Seruatoris Ædem.*

‡ vide breuem noſtram hiſtoriam Regulorum Hol.

.XXVII.

.1150. .1156. .6.

HERMANNVS HORNIVS, antè Coloniæ Collegio D. Gereonis, Præpoſitus, fauore Hollandiæ, Geldriæ & Cliuiæ Principum (refragantibus

H. Harmen van Hozen.

Vltraiectinis cum Dauentrienſibus & Alijs) factus Pontifex; Nimia lenitate notatus. Mortem obijt circiter 6. Cal. Aprilis, Anno Milleſimo Centeſimo 1156.
Quinquageſimo ſexto. In Auguſtiſſimo D. Martini Templo conditus.

XXVIII.

.1156. .1178. .22.

H. Godofrydt van Rhenen.

GODEFRIDVS RHENENSIS, antè Magnificentiſſimo D. Martini Collegio Præpoſitus; Pōtifex grauiter primum à Grueningenſib. & Vltraiectinis, deinde ab Hollandiæ Regulo Florentio 3. diſſedit. Quo ager Vltraiectenſis, & Pontificum Dominatus cōtra hoſtes perpetuò foret tutior, quà Geldros ſpectat Horſtium, quà Hollandos Montfortium, quà Friſios Vollenhouiam, ipſoſque contra Vltraiectinos Voerdenum, quatuor munitiſſima Caſtella exædificari iuſſit. Oppidū Rhenenſe, aliaq. bona ampliſſ. Summo cui præfuit dedit Collegio. Ad Baldericum Cliuium, An°. Milleſimo Cente- 1178
ſimo

T'huys te Horſt. T'Caſteel van Montfoort. T'ſlot Vollenhoe. T'huys te Woerden.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

ſimo Septuageſimo octauo, circiter 6. Calen. Iunij, in D. Martini AEde ſepultus. *Epitaphium.*

Godefride *tui Rhenanum prouidus Arcem,*
Donaſti iuris: areq. mox proprio,
Quattuor en Patriæ largus munimina noſtræ,
Horſt/ Woerdt / *&* Montfort *conſtruis &*
(Volenhoe.

.XXIX.

.1178. .1196. .18.

BALDVINVS SECVNDVS, Theodorici 6. Hollandiæ Reguli filius, Collegio Mariano Vltraiecti, an- *Hic præ cæteris magnificè à Caſtitate laudatur.*
1196 tè Prępoſitus; Iuſtus & bellicoſus, An°. Milleſimo Cẽteſimo Nonageſimoſexto, circa 8. Calẽ. Maij, in Auguſtiſſimo D. Martini Templo ſepultus.

.XXX.

.1196. .1198.

ARNOLDVS PRIMVS, ISENBVRGIVS, Dauentrienſi Collegio H. Arent vã Iſeyburch.
1198 antè Præpoſitus; An°. Milleſimo Centeſimo Nonageſimooctauo, ab Innocentio 3. Põtifice Max°. poſt litem graviſſimam,

uiſſimam, quam Theodorico Theodorici 6. Hollandiæ Reguli filio, inuito Henrico 6. Imperatore, ſtrenuè aſtuteque intenderat, in Pontificatu tandem confirmatus; paulò poſt Romæ, circa 8. Idus Aprilis ſepultus.

.XXXI.

.1198.

THEODORICVS PRIMVS, Theodorici 6. Reguli Hollandiæ filius, Balduini frater, & Arnoldi competitor, mortuo Arnoldo, etiam ab Innocentio Romæ confirmatus; In reditu † Paduæ mortuus, & ſepultus.

† Patauij.

.XXXII.

.1198. .1210. .12.

H. Dirck vander Are.

THEODORICVS SECVNDVS, AB ARA, Collegio Traiecti Superioris ad Moſam antè Præpoſitus, & Prælio quod contra Theodoricum 7. Hollandię Regulum & Othonē Principem Geldrēſem geſſit notus; ære alieno grauiter obſtrictum Vltraiectēſem Dominatum,

Theodoricus Traiectensis eps de Castro Nureberg oriundus, author Cesarius Heisterbacensis ordinis Cistertiensis monach. lib. 12 cap. 28 histor. memorabil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

minatum, bonis manubijſq́. bello ac-
1210 quiſitis ſubleuauit. An°. Milleſimo Du-
cẽteſimodecimo, Nonis Nouemb. Da-
uentriæ è vita excedẽs, Vltraiectum ad
Maiores in Martinianum delatus.

.XXXIII.

.1210. .1213. .3.

OTHO PRIMVS, Othonis Geldriæ
Reguli frater, annos natus octo-
decim, allaborantib. trib. fratrib. Adol-
pho Colonienſium, Othone Monaſte-
rienſium, Gerardo Oſneburgenſium
Pontificib. item Guilielmo 1. Hollandię
& Othone Geldriæ Principib. electus
1213. Pontifex; Anno Milleſimo Ducenteſi-
mo Decimotertio, Romam contendẽs
Pontificis Maximi indultum pro æta-
tis defectu petiturus, 7. Idus Aprilis,
migrauit è vita; Vltraiecti in Martinia-
no ſepultus.

vide Cesari Seisterbacense? Sistor. lib. 12. c. 28.

Hic iacet Antiſtes generoſi ſanguinis Otto
Primus, *quem genuit Gelria bellipotens,*
Romuleam iuuenis peteret dum cõcitus Vrbẽ,
Febre interecptus, concidit ante dies.

Quartus Occiſus.

.XXXIIII.

.1213. .1227. .14.

H. Otto vã der Lippe/ des Graefs vander Lippe bꝛoeder.

OTHO SECVNDVS, LIPPIANVS, allaborãtib. item Guilielmo Hollandiæ, & Othone Geldriæ Regulis, factus Pontifex, domi firmis vbique collocatis Præſidijs, Prouinciaque Traiectenſi Hermanno fratri mãdata, aliquãdiu Frederico 2. Imperatori in bello cõtra Barbaros Religionis (vt creditur) hoſtes ſocius. Annos decem & tres potitus rerum, An°. Milleſimo Ducẽteſi- 1227
mo Vigeſimoſeptimo, Cal. Auguſti, in Friſia ‡ ad Couerdam magna cum ſuorũ clade indignè trucidatus, & ſacrata capitis cute execta, ſumma cum contumelia abiectus; In Martiniano ad Primum Othonem ſepultus.

‡ vooꝛ t'ſlot Coeuerdẽ/ van Rodolf vã Coeuerden verſlaghen.

.XXXV.

Nota

.1227. .1233. .6.

H. Willebꝛant/ des Grauen zoon vã Oldenburch.

VILIBRANDVS, OLDENBVRGIVS, Præſul Padelbornenſis, Floren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

In templo S. Bernardi ad tumulo
Vuilbrando.

Presul Vuilbrandus Traiectensis venerandus
Nobilis et gratus Aldenburch sanguine natus
Fundator primus constructor rebus et bonis,
Cum suffraganeo Balduino Tripolitano
Progenitoque domo de Sternenberch oriundo
Ipsique Bernardi nostri fuit ordinis almi.
Sunt positi pariter hoc sarcophago reverenter
L. simul et. octo. C quater. M. legis anno
Hocque constructum templum fuit et renovatum
In regno Christi sunt perpetuo simul ibi:

Otto tertius contulit eccl[es]ie s[ancti] Sal-
vatoris o[mn]em terra[m] que a camera
possidet[ur] et a fine [illegible] coquine et
que est nost[ra] et apparet extra pomeriu[m]
nostru[m] et extendit[ur] usq[ue] ad aquam
fossati novi et usq[ue] ad ponte[m] proximu[m]
alterius fossati et que intervacat terris
antedictis. Act[um] in capella s[anc]ti Micha-
elis in Traiecto feria quinta post festu[m]
Lucie Anno d[omi]ni M.CC.XXXVIII.
P[re]sentibus Reymaro Preposito s[anc]ti Petri
Wlfranno Decano s[anc]ti Salvatoris et
toto Capit[ul]o suo

Florentij 4. Hollandię Reguli, aliorumque Principum Virorum rogatu (dum in Italia imperialib. negocijs occupatur) Vltraiectenſis Pontifex electus, à Gregorio nono, Pontifice Max°. magno cum honore dimiſſus, indignam Othonis necem fortiſſimo conſcripto exercitu, ſtrenuè vindicauit. Mortuus,
33. Anno Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimotertio, 7. Calen. Auguſti ‡ Suollæ. ‡ Naualijs.
Vltraiecti, in Monaſterio S. Seruatij, cuius Templi iecerat fundamenta, magnificè ſepultus. Templum S. Seruatij Vltraiecti.

.XXXVI.

.1233. .1249. .16.

OTHO TERTIVS, Guilielmi primi, Hollandiæ Reguli filius; antè Orientalis Friſiæ Dominus, Vltraiectēſem dominatum, ære alieno à Maioribus contracto, proprio patrimonio li-
249 berauit. Anno Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo nono, circiter Nonas Aprilis ad alios Othones ſitus.

Epitaphium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Otho *quem genuit prædiues Holãdia, preſſam*
Nomine multiplici ſubleuat Eccleſiã. (pis,
Vendidit haud ſegnis propriæ patrimonia ſtir-
Hinc bene promeritus, ſpiritus aſtra tenet.

Primus Pontificatu Priuatus.

.XXXVII.

.1249. .1251. .2.

H. Gooſwijn van Amſtel.

GOSVINVS AMSTELIVS, Vltraiecti Collegio D. Ioannis prius Præpoſitus; Biennium functus Pontificatu, quod Dominatui & Principatui non ſatis haberetur idoneus, ab officio remotus.

In titulo Sepulchri ponitur præfuiſſe an. 25 vnde obiter collige, quanti facienda ſint ſemper & vbique inſcriptiones huiuſmodi.

H. Henrick van Viane.

.XXXVIII.

.1251. .1267. .16.

HENRICVS PRIMVS, VIANIVS, Domini Vianij filius, Maximo Colonienſiũ Collegio Prępoſitus, opera Conradi Pontificis Colonienſis, ad Põtificalem dignitatem euectus * Amſtelios Dominumq́. VVoerdenũ Goſuini caſum vlturos, iuſto bello vicit, & captiuos duxit. Item, † Veluam depopulatus, ‡ Vredelãdiam contra Amſtelios

* De Heerẽ van Amſtel. met dẽ Heer vã Woerdẽ.

† De Veluwe. *Agrum Caninefatum fortè.*

‡ T'ſlot Vredelant.

Henricus Eps Traiectensis confirmat
donationem arearum curte St Salvat.
factam per Ottonem tertium: quae
nunc casu mirabili ignis incendio
miserabiliter erant destructe: cum
facultate ipsas reedificandi. Datum
Traiecti anno Dni 1253.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Monitio facta Electo Traiectensi

Venerabili in Christo patri ac domino Johanni dei
gratia Traiectensis electo Prelati et univer-
salis Ecclesia Traiect. debitam in omnibus reverentiam et
honorem. Excidisse nequaquam credimus a memoria
vestra quod ven. pater et D. Henricus dei gratia quondam
Traiect. eps bone memorie predecessor vester
in ultima constitutus voluntate de bonis Episcopalibus
sive Ecclesie acquisitis ipsius industria ac la-
boribus et expensis condidit testamentum et quedam
de eiusmodi bonis sicut potuit certis viris
pro anime sue remedio contulerit et legavit. Item
quod successive aliquo postmodum tempore auctoritate
Rev[eren]di patris ac Domini Sifridi Colonien. ecclesie Archiepiscopi
sub certa literarum ipsius forma ne aliqua bona
Traiectensis ecclesie aliquibus personis maxime tamen
illis quorum nomina in eisdem continebantur videbantur
inserta in emphiteosim aut firmam concede-
rentur aut sub alia certa forma obliga-
rentur seu penitus alienarentur ab ecclesia vobis
inhibitum extitit et mandatum. Vos nihilominus
contra inhibitionem huiusmodi publice vobis factam
bona in Mijlant et Cortwijck in ecclesiarum
nostrarum preiuditium et gravamen nec non Stevinus
de Weerden quod certis pactis sive in emphiteosim
perpetuam contulistis. Hinc est quod paternitatem vestram
nobis sincere dilectam attente exhortamus requirimus et
rogamus quatenus collatione huiusmodi revocata, bona
premissa infra festum b. Lamberti nunc proxime
venturum in statum debitum reducatis: alioquin ex tunc
licet inviti pro tanta tamen et tam gravi ecclesie
nostre Traiectensis lesione quam sustinere salva conscientia
non valemus, cessabimus a divinis [illegible] processuri
nihilominus super premissis quantum de iure possumus
ut [illegible] loco et tempore quantum viderimus oportu-
nis. Datum anno Domini 1278. in vigilia assumptionis
b. marie virginis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

ſtelios ædificauit. Stenuici " Collegium duodecim Sacerdotum inſtituit, An°. Milleſimo Duceteſimo Sexageſimo-ſeptimo, quarto Nonas Iunij fato cedēs, in Templo Martiniano, * quod ſuperbo cœpit exornare ædificio, cōdit⁹.

" Twaelf Canuncken tot Steenwyck/ gheſtelt int iaer 1262.

* Het niewe werck aen den Dom/ begonnē int Jaer 1254.

Qui noua præcelſi iecit fundamina Templi,
Præſidium Vrelant/*extruit hic populo.*
Vir placidus, recti cuſtos, virtutis amator,
Tempore quem nullo laus reticenda manet.

.XXXIX.

Secundus Pontificatu priuatus.

.1267. .1287. .20.

IOANNES PRIMVS, NASSOVIVS, Indoctus, nec ſacris initiatus, viginti annos potitus rerum, An°. Milleſimo Duceteſimo Octuageſimo ſeptimo, quod nouis quotidie oppignerationibus grauiter Prouinciæ cenſus oppigneraret minueretq́. vno omnium Sacerdotum & Optimatum cōſenſu, annuente potiſſimum Pontifice Maximo quo inuito ſemper Dominatus eſt, Pontificatu Dominationeque priuatus.

V. Johan van Naſſauwe.

H. tem. bonæ urbis Vltraiectenſis pars cōflagrauit. An. 1282.

.XL.

.XL.

.1287. .1296. .9.

H. Johan van Zierik.

IOANNES SECVNDVS, ZIIRICIVS, Lotharingus. Contra Giſbertum Amſtelium, & Hermannũ VVoerdenum, pro Vredelandia arma ſumpta non prius poſuit, quam Florentij quinti, Hollandiæ Reguli auxilijs adiutus, præter* Vredelādiam etiam Montfortium, ipſoſque Amſtelium & Hermannum ditioni ſuæ ſubegiſſet. Reb. Vltraiectenſib. annos nouem potitus,† Tullenſis conſtituitur Pontifex.

** T'ſlot Vredelant / ende T'ſlot Mõtfoort.*

† Tot Tullik in Vranckrÿck.

Quintus Occiſus.

.XLI.

.1296. .1301. .5.

Cauit, Ne quis non legitimo thoro natus, Collegio aſcriberetur, ſed antiquatum eſt eius Decretum.

GVILIELMVS SECVNDVS, BERTOLDVS, Mechlinenſib. Dominis natus, Romæ Pontificijs cauſſis antè præpoſitus; Primum Occidentales inde Orientales etiã Friſios, in Hollandos ſtrenuè concitauit: Vtriſq. cęſis, dum nouas ex agro proprio iam colligit

Wilhelmus dei gra eps Traiect.
Universis presentia visuris etc. Cum
nos in civitate nra Traiect. in pro
adventu nro Remmingam epi debitam
exigeremus ad quam duas domos in fine
pontis urbani maioris Eccle et alias
domos sitas in loco qui dicit supra
turrim a camera pellifici usque ad
pontem novi fossati ad Ecclam sti Salva
toris pertinentes dicebamus pertinere. etc.
Actum feria quinta post dominicam
letare Jerusalem a° dni 1297.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

git Copias, Ioannes 1. Hollandiæ Regulus, Caſtrum eius Iſelmondanum, magno apparatu expugnatũ, " Volfardo Verienſi cum VVoerdena dominatione, beneficiali iure hac lege dedit: vt his fretus præſidijs, Pontifici & Vltraiectinis perpetuò ſeſe opponeret, Prouinciamq́. totam vaſtaret. An°. primo ſupra Milleſimum Trecenteſimum, 4. Nonas Iulij, nouo conſcripto exercitu, ad Vltraiectum infeliciter pugnans, & iam tertio pernici equo temerè ſeſe in Hollandorũ inſtructiſſimas acies concitans, excuſſus, & occiſus. Sepultus in Martiniano.

" Wolfardus, *circa Annum 1300. quod nouis cenſib. Hollãdos grauaret, Delphis populari ſeditione per feneſtram præcipitatus, atrociter armis ciuiũ exceptus, & occiſus.*

Huic dedit agnomẽ celebris Mechlinia victo,
Occiduam felix perdomuit Friſiam.
Omnia ſors mutat; Cæſus dum certat iniquo
Marte, ſuis ſubtus iuribus occubuit.

Sic ſcriptum inueni.

.XLII.

.1301. .1317. .16.

GVIDO, Ioannis 2. Reguli Hollãdię frater, animi & corporis bonis præſtãs, prius Quæſtor Leodiẽſis An°. Milleſimo Trecenteſimo vndecimo, à Cle-

Guido Aueníenſis, *Ioãnis Auemenſis Hannoniæ Reguli filius,* Tria *Caſtella ædificauit:* Goer/ Dullenburch/ Stoutenburch.

H. tem. anno 1380. a vidua Domini de Ema, filia Domini Arquelÿ, fundatũ tradũt Vltraiecti Monaſteriũ fratrũ Minorum. Item Aſperæ anno 1314. a Domino Aſperenſi & Arquelio, Monaſteriũ fratrũ Cruciferorum.

† Ghoeÿ.
‡ *alibi Iunÿ.*

à Clemente quinto, Pontifice Maximo in Franciam ad Conuentum Pontificum Viennæ celebratum vocatus, Patrum Purpurati Ordinis auguſtiſſimum oblatum cum inſignibus honorem renuit. Quò Dominatum omni ære alieno liberaret, diu vixit in Gallia; vnde
anno Milleſimo Trecenteſimo Deci- 13
moſeptimo ad ſuos reuerſus, expugnato iam † Caſtro Goieno quarto Calen. ‡ Iulij repentina morte interijt. In Sacra D. Martini AEde ad Maiores conditus.

.XLIII.

.1317. .1322. .5.

Y. Frederÿck van Zierick.

H. tem. anno 1320. iactum eſt Vltraiecti fundamentum Martinianæ Turris, quæ perfecta eſt An. 1382.

FREDERICVS SECVNDVS, ZYRICIVS, Collegio D. Petri Vltraiecti antè Præpoſitus; multum obæratus, Auctoritatẽ dominationemq́. ſuſceptam, ab hoſtium iniurijs ægrè vin-
dicauit. Anno Milleſimo Trecenteſimo 1322
Vigeſimoſecundo, decimotertio Cal. Auguſti, è vita emigrans, in Martiniano ſepultus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XLIIII.

.1322. .1323. .1.

IACOBVS OSTHORNIVS; Religionis amantiſſimus, Auguſtiſſimo Collegio antè Præpoſitus, inuito Guilielmo 3. Hollandię Princìpe, (quod Iacobū Zudenum præferret) potioribus Sacerdotū ſuffragijs conſtitutus Pontifex. Primo Pontificatus anno 12. Cal. Octob. mortuus; ad Maiores in Martiniano ſepultus.

Margin: H. Jacob vã Ooſthozen.

Margin: H. Jacob van Zuden Commenduer van S. Jans Ozdē tot Utrecht

.XLV.

.1323. .1341. .18.

IOANNES TERTIVS, DIESTENSIS, Cameracēſi Collegio antè Præpoſitus, Guilielmi 3. Hollandiæ Reguli, & aliorum Principum rogatu, refragantibus Collegijs, & Ioannem Bronchorſtium præponentib. à Ioanne 22. Pontifice Maximo declaratus Pontifex, bonam Dominatus partem grauiter oppignerauit. Amerſfordiæ Collegium

Margin: H. Jan van Dieſt.

Margin: *Ioan. Bronc. Collegio S. Seruatoris Præpoſitus.*

Margin: Collegiũ Canonicorum Amerſfordiæ

gium Sacerdotum (Canonicorum) instituit. Mortuus An°. † Milleſimo Trecē-
† forte. An. 1340.
teſimo Quadrageſimoprimo, Cal. Iunij. Conditus ad Maiores.

.XLVI.

.1341. .1342. .I.

NICOLAVS DE CAPVTIIS, Nobilis Romanus, (dum ſtudio Guilielmi 4. Hollandię Reguli, pars Sacerdotū, Ioāni Arquelio Collegæ ſuo, pars Nigri Renoldi Principis Geldrenſis ſuaſu, Ioanni Bronchorſtio rurſum ſuffragatur) auctoritate Benedicti 12. Pontificis Maxi. Romæ conſecratus; Sed cum Vicarium eius (quod ipſe Romæ manere conſtituiſſet) Vltraiectini non admitterent, primo Pontificatus anno, munus acceptum refugijt, inde in Purpuratorum Senatum admiſſus. *Fundauit Peruſij in Italia ſtudioſorū Collegium, quò Pontifex Vltraiectenſis aut Summum Collegium, Duos probè in literis & morib. inſtitutos Adoleſcentes perpetuò mittere poteſt alendos.*

.XLVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XLVII.

.1342. .1364. .22.

IOANNES QVARTVS, ex Nobili Herculanorũ familia, Ioannis Duodecimi, Domini Arquelij filius, Anno Milleſimo Trecenteſimo Quadrageſimoquinto (quò ære alieno Prouinciam liberaret) apud exteros cum priuata eaque modica familia peregrinus, & incertis ſedibus degens, à Roberto fratre reuocatus, Vltraiectẽſes ab Hollandiæ Regulo Guilielmo 4. bis victos, & iam arcta obſidione preſſos, Principe recõciliato, præſenti periculo & metu liberauit. Bellator ſtrenuus, ſępe cum externis, interdum quoq. cum ſuis congreſſus, magna animi moderatione & conſtantia, totum ferè Dominatũ grauiſſimè oppigneratum, in priſtinam libertatem vindicauit. † Rhenos & Hardenburgum oppida, mœnibus & propugnaculis cinxit. Dominis Teutonici Ordinis, extra Vrbem Traiectinam agentib. vbi nunc fundamenta Sacra-

Margin notes: 1345 (beside "decimi"); H. Johan van Arckel. (beside first line); † Rhenen. (beside "bertatem vindicauit")

rij D. Annæ reſtant, intra mœnia ædi-
ficandi conceſſit locum. Anno Milleſi- 1364
mo Trecenteſimo Sexageſimoquarto,
Pontificia Sede mutata, Leodienſem
init Pontificatum. Sepultus Vltraiecti
‡ *Hunc annum habet Sepulchrum.* in Martiniano, ‡ Anno Septuageſimo
octauo, ſupra Milleſimum Trecenteſi-
mum, Calendis Iulij.

.XLVIII.

.1364. .1371. .7.

H. Johan van Vernenburch. IOANNES QVINTVS, VERNENBVRGIVS, Ioannis (Comitis) Vernenburgij filius, antè Præſul Monaſterienſis; Anno Milleſimo Tre- 1365
centeſimo Sexageſimoquinto, Amerſfordios rebelles, portoria vectigaliaque pendere recuſantes, obſidione domuit & vectigales fecit. Anno Milleſimo 1371
Trecẽteſimo Septuageſimoprimo, Vltraiecti in Martiniano conditus. †

† *quia ſubito exceſſit creditur veneno ſublatus.*

.XLIX.

.XLIX.

.1371. .1378. .7.

ARNOLDVS SECVNDVS, HORNIVS, Domini Hornenſis
378 filius, Anno Milleſimo Trecenteſimo Septuageſimooctauo, mortuo iam Ioanne Arquelio, Pontifex factus Leodienſis; præter fas ad annum ferè Milleſimum Trecenteſimum Octuageſimũ, Florentium legitimum Succeſſorem excluſit.

H. Arnout van Horen. *H. tem. anno 1372. Vltraiecti rurſum magnum incendiũ eſt excitatum. Item An. ſequenti, Gorcomij Collegium 14. Canonicorũ à Ioanne Arquelio Pontifice Leodienſi, & Othone D. Arquelio, inſtitutum eſt.*

.L.

.1378. .1393. .15.

FLORENTIVS VEVELICOVIVS, antè Pontifex Monaſterien-
380 ſis, Doctus ſimul & Pius: Anno Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo, Caſtella; Aerdene, ‡ Azoelene, Lagene incendit, & funditus ob rebellionem euertit. Renoldum Vianium indulgentia † Pontificia, & Amicorum potentia, Pontificatum, & Giſbertum

H. Floris van Weuelichouen. *H. tem. Anno 1392. Ad Vltraiectum, fundata eſt Cartuſia, a Suedero Domino Gaeſbequio.*

‡ Eerden/ Aſoelen/ Laghe.

† *Clementis 7.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Abcondium priuilegia Vltraiectenſis Dominatus, nullo iure ſibi vendicantes, inſigni vſus moderatione & prudētia, ab iniqua ambitione reuocauit. Dominum quoq. Montfortium Henricum, paris ferè cum Giſberto ambitionis (Oppidum eius & Caſtrum varijs tormentis, ſex & decem hebdomadas oppugnans, & vndiq. diruens) Arnoldi Hornij, Pontificis Leodienſis interuentu, ad priſtinam ſimul cum Oppidanis adduxit† obedientiam. Caſtella" præcipua in Prouincia collapſa, reſtaurari, Hardenburgi caſtellum turre alijſq. regijs monimentis conſpicuum, ædificari iuſſit. Magnificè & piè dominatus, ac Pontificatu annos tredecim & mēſes ſex cum primis bene functus.
Hardenburgi Anno Milleſimo Trecē- 1393.
teſimo Nonageſimotertio, pridie Nonas Aprilis decedens, Vltraiectum ad Maiores delatus.

† *Illum Anno* 1380. *hunc An.* 1386.

" Vollēhoe/ Horſt/ Stoutenburch/ Vredelāt/ Embrugghe.

.LI.

.1393. .1423. .30.

FREDERICVS TERTIVS, BLANCENHEMIVS, antè Pontifex Argentinus, annuente Guilielmo Regulo Iuliacenſi, plurimis Sacerdotum ſuffragijs (Adelberto Principe Hollandiæ, Rogerum Bronchorſtiũ, Collegij Colonienſis Quæſtorẽ præferente) Vltraiectenſis Pontifex; † Dominatus à Maioribus diuenditos, aut abalienatos, recuperauit. Sæpe cum Hollandis, ſæpe cum Geldris, Alijſq. congreſſus, Vltraiectinos Prouinciamq́ue igne ac ferro, acerrimè propugnauit. Diẽ obijt Vol-
423. lenhouiæ, An°. Milleſimo Quadringẽteſimo Vigeſimotertio; In Sacra Martiniana AEde ad Maiores magnificentiſſimè ſepultus.

H. Vrederyck wt de Grauen vã Blankenhẽ. *H. temp. Anno 1422. ab Huberto Domino Culenburgenſium, Culenburgi, inſtitutum eſt Collegium Sacerdotum Canonicorum.* † Int Iaer 1394. T'lãt van Drenten/ende de Stede met het Slot Coeuerden. Int Iaer 1401. Groeninghẽ/ &c.

Præſul magnificus de Blankenhem Fredericus
Nobilis ex genere conditur hoc opere.
Coeuert *ablatũ reuocãs vi,* Drenth *Comitatũ*
Reddidit Eccleſiæ; iunxerat & patriæ
Groeninghen *pridẽ refugã, conſtruxit & idẽ*
Holten & Ruijnoe; *duxit adhæc emere*

 Terram

Terram Stellingwerff, *domuitq́ cremando* Stotuſwerff.

Sic nocuit nocuis, profuit innocuis. (ſteyn.
Fregit Rijnenſteyn *pro demeritis, &* Euer-
Annis terque decem rexit hic ante necem.
X *bis,* C *quater, ſemel* M, *dum ſcribitur* I *ter,*
Octobris nono ceßit agone bono.

Tertius Pōtificatu priuatus.

.LII.

.1423. .1430. .7.

Y. Sweer van Culenburch.

Miror alibi inueniri hunc annos undecim dominatum, cū ab An. 1425. vſque ad annū 1430. quinque tantum numerentur.

SVEDERVS CVLENBVRGIVS, Gerardi Domini Culenburgēſis filius, Martiniano Collegio Vltraiecti antè Prępoſitus, (Rodolpho Diepholdio inuitis Sacerdotib. & Optimatib. poſthabito) à Martino 5. Pontifice Max°. An°. Milleſimo Quadringenteſimo Vigeſi- 1425
moquinto conſtitutus Pontifex; An°. inde ſequēti, Ioanne Renefſeo Vltraiectum inuadente, Vrbem relinquens, (ſemel iterumq́. ac ſæpius, à Collegijs, & Prouinciæ primarijs viris (ſolenni de more ſeruata cærimonia) citatus) eam nunquam repetijt; Sed Dordraci ferè rerum & fortunarū ſuarum Sede collocata, dum Hollandis, Zelandis, Friſijs & Gel-

Pontifex Vltraiectenſis Dordraci ſedet.

& Geldris charus habetur,† Rodolphũ & Vltraiectinos eorumq́. fautores, acceptа vſus auctoritate, à Sacramentis & communi aliorum conſuetudine ſeparauit. Contrà Rodolphus etiam iure vti pontificio, Sacerdotia eorum qui fortè Suedero fauebant, alijs conferre; Vltraiectini, illi vt Pontifici & Principi parere; Vnde tandem, quod Iacobæ Hollandiæ Principis partes quoq. tuebantur, Duce Philippo Burgundo, Hollandiam cęteraſque Prouincias iam ſi-
1429 bi vendicante, circa Annum Vigeſimumnonum ſupra Milleſimum Quadringenteſimum, atrox bellum diſſidiumq́ue exarſit; Suederuſq́ue Anno
1430 Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo, Eugenij 4. Pontificis Maximi ſententia, ab officio Dominationeq́ue re-
1432. mouetur. Qui Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Trigeſimoſecundo, dum in ‡ Concilio Baſileenſi, de iniqua Eugenij Pontificis ſententia conqueritur, & priſtinam gloriam temerè affectat, vita cum morte commutata, ibidem terræ eſt redditus.

† excommunicauit Vltraiectinos & Pontificem.

‡ Conciliũ hoc contra Eugeniũ 4. indictũ, Fœlicem 5. deſignauit Pontificẽ Maximum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.LIII.

.1430. .1455. .25.

Y. Roelof van Diepholdt.

RODOLPHVS DIEPHOLDIVS, Comitis Diepholdij filius, ab Eugenio 4. Anno Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimo, tandem cōfirmatus; Hollādos, Zelādos, Friſios & Geldros habuit rebelles, Hi enim Suedero ab Eugenio officio & dignitate priuato, * Valrauium Moerſæum, à Felice 5. (Baſileenſis Concilij ſuffragijs Pontifice Max°.) Pontificem deſignatum, ac Dordraci ferè agentem, ad Annum Milleſimum Quadringenteſi- 1441
mum 41^m^. obſeruabant; Exinde Philippo Burgundo, Hollandiæ Principe annitente, ad annum vſque Milleſimum 1448
Quadringētesimum Quadrageſimum octauum, Rodolphus fæliciter potitus rerum; Poſtea cum Vrbis Vltraiectinæ Conſulib. Alijſq. Viris primarijs grauiſſimè diſſidens Vrbe diſceſſit; qua rurſum anno ſequēti, fraude quorundam 1449
ciuium intēpeſta nocte perfractis mœ- *3. non. Febr.*
nib.

* Y. Walrauen van Moers. *Frederici Comitis Morſæi, Item Theodorici Pontificis Colonienſis frater.*

nib. cum armatis cohortib. clandeſtino introitu potitus, capto † Iacobo Gaeſbequio, Ciues Prouinciamque rurſum
451 ditioni ſuæ prorſus ſubegit. An°. Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimoprimo, pro æmulo ſuo Valrauio Moerſęo Præſule Monaſterienſi deſignato, contra Edericum Comitis Huionenſis filium, Dominatū Monaſterienſem competentem, incredibili ſumptu congreſſus, dum poſteà tam Senatus quam propria auctoritate fretus, Collegia, præcipuaq. Vrbis Templa grauiſſimis pecuniarū exactionib. permole-
455 ſtat, tandem An°. Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimoquinto, Sacerdotes & bonam Opificum partem plebemq. promiſcuam (qui ſigno dato (ad quatuor aut quinque milia quoties viſum fuit) concurrebant) ad arma cōtra Magiſtratus (quos violenter cogebant) prouocauit. Aliquantò poſt Vollenhouiæ ‡ 4. Nonas Martij excedens, In Martiniano ſepultus.

† Iacobus Gaeſbequius hac cōditione dimiſſus, vt à morte eius, Batauodurum cū Caſtro, Dominatioq; Abcoudana, Pontifici cederet Vltraiectenſi.

‡ in ſepulchro legitur 9. Cal. Aprilis, id eſt 24. Martij.

Epitaphium, Auctore Rodolpho Agricola.

Cōditur hic Præſul Rodolph⁹ *ſanguine clar⁹,*
Qui morum æquauit nobilitate genus.

Qui Populo tutela ſuo, terror fuit hoſti,
Illum tutatus, viribus hunc domuit;
Huic marte infeſtus, Fidus Paſtor fuit illi,
Plebeis gratus, Principibuſq; viris.
Hic empto fundo Lagh *cõdidit, abſtulit hoſti,*
Vijr: Abcoud/Duerſtat/ *contulit Eccleſiæ.*
Ædibus Hoꝛſt *auxit, cinxit munimine* Blãc-burch. *(nitet.*
Arx & ab hoc Vollenhoe *ſplendida facta*
Curia Concilio Cleri Procerumq; celebris
H..ius magnificè eſt ædificata animo. (atra
Hunc genuit Diepholt *domus inclyta, ſuſtulit*
Mors, quem ſydereo ſuſcipe Chriſte polo.
(Adſcriptum erat)

Sedit annos 23, obijt Anno 1455, 24, Martij.

.LIIII.

.1455. 1456. .I.

H. Ghijſbert van Brederode.

GISBERTVS BREDERODIVS, Maximo Collegio Præpoſitus, vno omnium Sacerdotum conſenſu electus Pontifex (renitente Philippo Burgundo, & Pontifice Maximo minimè conſentiente) cum nec armis nec virib. ſufficeret, An°. Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimoſexto, 1456 † Dauidi Burgundo Morinẽſium Pontifici, honeſtis acceptis cõditionib. tandem

† Dauid Burgundus, *Philippi Burgundi Potentiſsimi Principis, naturalis (vt aiũt) filius.*

dem ceſſit. Poſtea An°. Milleſimo Quadringētesimo Septuageſimo, iuſſu Dauidis, cum ‡Renoldo fratre Alijſq. conſanguineis & intimis, iniquè in vincula coniectus: Anno Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimotertio, nō alia conditione liberatur, quam vt Ampliſſimi Collegij, ſummo quo poſt Pontificem fungebatur officio abdicato, deinceps extra Vltraiectenſem Prouinciā ſe contineat. Bredæ itaq. in Brabantia, quod reliquum erat vitæ conſumpto: Anno Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimoquarto, circa 8. Calend. Sept.* apud Montis D. Gertrudis Cartuſienſes, ſepultura affectus.

‡ Renoldus Bred. *annos natus 60. exquiſitiſsimis tormentis nefariè toto luxato corpore, & mille cruciatibus ad necem ferè uſq. excarnificatus, innocentia tandem cognita, dimiſſus. Diem obijt An. 1473.*

* By S. Gheertrups den bergh.

.LV.

.1456. .1496. .40.

DAVID BVRGVNDVS, antè Pontifex "Morinenſis, Dauentriēſes & Tranſiſelanos rebelles, à Philippo patre præſente, eiuſque copijs adiutus, cum primum dominari cœpit
1470 ditioni ſuæ ſubegit. Anno Milleſimo

" Terouanæ. van Terwaen.

Qua-

Quadringenteſimo Septuageſimo, capitali odio in Brederodios, deteſtabili perditorum hominum delatione concitatus, quoſdam cruciatib. alios contumelia affecit: Giſbertũ Summo Collegio Præpoſitum, annos quatuor captiuum (Carolo Burgundo & Grauiſſimo aurei velleris ordine, Brederodios iniuſtè accuſatos, capitali ſententia liberantibus) grauiter multatum dimiſit.
An°. Milleſimo Quadringẽteſimo Sep- 1477
tuageſimoſeptimo, quod petentib. Vltraiectinis, priſtinam in conſtituendis Magiſtratib. libertatẽ, maiorib. iamdudũ ereptã, denegaret, cedere cõpulſus: Vrbem maximeq́. Magiſtratus, magno odio flagrãtes, & iam † ſacro interdicto ſuſpenſos, indignè reliquit. An°. verò
Milleſimo Quadringẽteſimo Octuage- 1481
ſimoprimo, Amicorum temeritate fretus, Sedem priſtinam nequicquam repetens, Belli illius inter Hollandos & Vltraiectinos, ab hominum memoria periculoſiſſimi & maximi, & quo vel ad corporis & animi impotentiam, ad
annum vſque Milleſimum Quadrin- 1483
gente-

† *Liberati à ſententia excõmunicationis an. 1479. iuſſu Pontificis Maximi, a Nicolao Adrichemo, Antiſtite Egmondano; ut patet in breui hiſtoria noſtra Egmondanorũ Antiſtitum.*

genteſimum Octuageſimumtertium, (quo tandem captus eſt) vtrinq. attriti ſunt, fortè non minima cauſſa videri poteſt. Laudatus nihilominus, & Pontificia dignitate, cum ob animi pietatem, tum in doctos Viros liberalitatem præcipuam, digniſſimus habitus; Annos prope Quadraginta dominatus &
1496 ætate decurſa, Anno Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimoſexto, Batauoduri (vbi nouam arcem ædificare cœperat) in primario Templo ſitus.

.LVI.

.1496. .1516. .20.

FREDERICVS QVARTVS, BADENSIS, Adelberti Reguli Badenſis filius; varia inter bella, annos vigin-
1516 ti exercitatus, Anno Milleſimo Quingenteſimo Decimoſexto, exhauſtis viribus, Philippo Burgũdo, fratri Dauidis ceſſit. Paulò poſt Lijræ in Brabantia è vita diſcedens, Badis ad Auôs ſepultus.

.LVII.

.LVII.

.1516. .1524. .8.

PHILIPPVS BVRGVNDVS, Philippo Burgundo Principe Potentiſſimo (vt Dauid) natus: Maximiliani Imperatoris, & Caroli Regis Hiſpaniarum potius, quã proprio arbitrio Pontifex, in Templis Arcibuſq. ornandis & pace colenda, fratris ſectator; Non malè dominatus, deceſſit An°. Milleſi- 1524
mo Quingenteſimo Vigeſimoquarto, 7. Idus Aprilis, Doreſtati item, ad Dauidem ſepultus.

.LVIII.

.1524. .1529. .5.

HENRICVS SECVNDVS, Principis Boioariæ filius. Anno Milleſimo 1529
Quingẽteſimo Vigeſimonono, Dominationem acceptam ob bella ciuilia ſeditioneſq. continuas Clementi 7. Põtifici Max°. in alium conferendam reliquit. Poſtea Vormatienſib. præfectus.

.LIX.

.LIX.

.1529. .1533. .4.

GVILIELMVS TERTIVS, Encvortivs, Brabātus, Cardinalis & Pontifex Dortuſanus; Vicario *Iacobo Vtenengio* conſtituto, Romæ (vbi Anno Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimotertio, mortem obijt) ſempermanſit.

H. Willē vā Enckuort/ Cardinael ende Biſſchop van Tortona in Spaengiē/ daer Adrianus de 6. vā Vtrecht Biſſchop ende Cardinael gheweeſt is/ eer dat hy Paews ghecoren worde / in t iaer 1522.

.LX.

.1533. .1559. .26.

GEORGIVS EGMONDANVS, Ioannis, Primi Comitis Egmondani filius, antè Hochtvvoudæ & Ertſvvoudæ Dominus, Item † Antiſtes D. Amandi; Magnificentiſſimè annos 25. dominatus, diem obijt An°. Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimonono, 6. Cal. Octob. Cor eius Vltraiecti in celeberrimo Vrbis Templo, Corpus in Monaſterio illo opulētiſſimo D. Amādi regiè conditum eſt.

H. Joriaen van Egmondt.

† Abt vā S. Amandts Clooſter tuſſchen Doornÿck ende Valencÿn.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.LXI.

.1559. .1580. .21.

Schenck/ vã Tautenburgh.
Scripſit: Dialogum contra temulẽtos; Interpretationes in tres libros Feudorum; Concluſiones; Progymnaſmata fori; De actis ciuiliũ Iudiciorum; Viridarium Concluſionum iuridicarum; & (vt audio) de Officio Epiſcopali.

FREDERICVS QVINTVS, TAVTENBVRGIVS, antè Auguſti Senatus & Conſilij Spirenſis Præſes; Vir magnæ diligentiæ, & incultæ parſimoniæ; vixit in Pontificatu ab anno Millesimo Quingenteſimo Sexageſimo- 15
primo tam priuatus quam publicus, annos ferè Nouemdecim, vſque ad octauum Cal. Sept. Anni Milleſimi Quin- 158
genteſimi Octuageſimi. Alijs quam hactenus Maiores in Martiniano pompa iuſtiſque ſepultus.

Hi ſunt Pontifices Vltraiectenſes, per annos OCTINGENTOS OCTOGINTAQVATVOR, exactiſſimo ordine, ab anno à Chriſto Seruatore nato 696. ad vſq. annum 1580. recenſi.

CATA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

CATALOGVS, ET BREVIS HISTORIA, ANTISTITVM EGMONDANORVM.

Additis paſſim non tam eruditis, quam lepidis, ex Sepulchris Eorum; Primorumq́ʒ Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ Principum, Epitaphijs.

P. CORNELISSONII BOCKENBERGII GOVDANI.

.I.

.910.

VONOBOLDVS, Vir integerrimus; poſtquam Monaſteriū D. Adelberti, à Primo Hollandiæ Regulo Theodorico Aquitano, (circa annum à Chriſto Seruatore
900. nato Nongenteſimum)* Virginib. Benedi-

H. tem: D. Ieronis Corpus Nortuici inuētum, per Pontificē Vltraiectēſem & Theodoricum ſecūdum Hollandiæ Regulum, tranſfertur Egmondam, vbi adhac vſque tempora, ſimul cum D. Adelberti Reliquijs conſeruatum fuit.

* Virgines *Bennenbrocæ prope Harlemum manere iuſſæ, & Nouas admittere prohibitæ, paulatim interiere.*

E

nedictinis† Egmondę fundatũ, à Friſijs erat incenſum, & iam Theodorico filio eius cogente, Friſiorum impenſis, multò magnificentius, eiuſdem Ordinis D. Benedicti Viris, iterũ eſſet erectum, fortè circa Annum Decimum ſupra Nongenteſimum (vt quidem aſſequi poſſum coniectura) Primus eorum conſtitutus Antiſtes. Moritur 17. Cal. Septemb. 910.

† Eo loco vbi nunc eſt Egmõda (ſiue Haecmunda) Nam nomen hoc, fundato Monaſterio, loco tributum fuit vt aiunt, qui antè Hallem dicebatur.

Epitaphium.

Qui teris hoc limen ſtudioſus plangere crimē,
Mente quid es, quid eris retine, Ieſúmque preceris,
Wonobold *humilis ſitus hic Pater huius ouilis,*
Eius vt obtutus, videam ſine crimine tutus.

.II.

Præfuit tēpore Egberti Pontificis Treuirenſis.

ANDREAS, Vir Bonus. Obijt 2. Nonus Iunij.

.III.

H. temp. Anno 988. mortuus creditur, Theodoricus 2. Hollādiæ Regulus.

BRVNO, Reuerendus. Obijt 4. Idus Februarij.

.IIII.

1057 RENERVS, vel REGINARDVS; Mortuus Anno Milleſimo Quinquageſimoſeptimo. *H. temp. Anno 1093. moritur Quartus Holládiæ Regulus, Theodoricus 3.*

Horum Trium vnum extat Epitaphium.

Tres tegit iſte lapis Paſtores huius ouilis,
Poſt cineres carnis, vermibus hic poſitis.
Andreas *dexter,* Bruno *dictus fuit alter,*
Et Reginard *medius, his miſerere Deus,*
Cum Iudex aderis, reputētur vt in benedictis,
Et ſint inter oues, qua iugis eſt requies.

.V.

.1057. .1083. .26.

STEPHANVS, vel STEPPO, †Bernoldi Octaui D. Egmondani filius; ‡ (ni fallat Scripta quam vidi dominorum Egmondanorum Hiſtoria) Bona ab Hollandiæ Regulis Monaſterio data, Theodorici ſeptimi Principis auctoritate, accuratiſſimis conſcriptis & conſignatis literis, Anno Milleſimo
1083 Octuageſimotertio, rurſum confirmari curauit. Eruditione, prudentia, & ſingulari excellens clementia, fortè furem

Steppo va Egmont.
† *fortè Berwoldi.*
‡ *quia magna controuerſia eſt de origine Dominorum Egmondenſium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

tria butyri vaſa è monaſterio clã amolientem, deprehenſum, & velut capitalis facinoris reum, à penu Præfecto ſibi oblatum (Pręfecto increpito, quod neglectis Religionis Chriſtianæ placitis, intemperanter vindicabundus, quenquam capitis accerſiret) nõ modò cum butyro dimittendum, verumetiã (quia butyrum ſine pane non ſapit aiens) tres frumenti modios ei addendos cenſuit.
Moritur, Anno Milleſimo Octuageſi- 1083
motertio 3. Nonas Ian.

Nomen Paſtoris tenui qui culmen honoris,
Hoc modo mauſoleo Steppo *recõdor ego.* (*Eta,*
Hinc homo pertracta, quis ſis, cordis ſacra ma-
Rebus enim promo, ſit quia vermis homo,
Pectus & inde premens, pete ſit Ieſus mihi cle-
Liber ad examen ſpiritus vt ſit; Amẽ. (*mẽs,*

.VI.

.1083. .1124. .41.

ALARDVS, vel ATALARDVS, Antiſtes egregius; Egmõdæ Dioeceſanum, D. Virgini poſuit Templum.
Templum Dioeceſanũ Egmondæ.
Ibidem, Anno Milleſimo Centeſimo 1124
Vigeſimoquarto, 10. Calen. Maij, vita cum

cum morte mutata, humatus.

Hic Atalardus *ego, puluis ſub puluere dego,*
Vt biuium potui ſanctum diſcernere, tanti
Delitias æui pro Ieſu ſtigmate ſpreui; (ctus,
Et monachus factus, præſtare Gregiq; coa-
Hic tibi flos auri ſtruo Templũ, te precor auri
Funde preces prolis, pateat mihi patria So-
Demerita pæna ſoluens pietate ſerena. (lis;
Lector ad hæc Amen dic, & Pie funde pre-
(camen.

VII.

Primus qui dignitatem depoſuit.

.1124. .1129. .5.

ANSELMVS, PETRONELLÆ Vxori Florentij 2. Hollãdiæ Principis, antè à Sacris, indignè quorũdam ſuaſu Monaſterio præpoſitus, quod cenſus ampliſſimos, reclamantibus Sacerdotibus prodigeret & alienaret, atque à priſtina Maiorum pietate longè degenerans, arcem religionis hactenus, in ſcelerum quandam officinam nefariè cum ſummo ſuorum detrimento
29 commutaret, tandem An°. Milleſimo Centeſimo Vigeſimonono, ſuccurrentibus Andrea Pontifice Vltraiectino & ipſa

Des Grauinnen Capellaẽ. *In vetuſtiſſimo manuſcripto libello; legi* Ancelini.

Diem ſuũ obijt An. 1134. 3. *Cal. Nouemb. Indignus habitus Epitaphio.*

ipſa Petronella Hollandiæ pientiſſima Domina, honore officioq́. priuatus.

.VIII.

.1129. .1161. .32.

H. tem. Anno circiter 1158. *mortuus creditur* Berwoldus *Aduocatus Egmondenſis. Alij mortuũ aiunt, Anno,* 1167.

GVALTERVS, petentibus Andrea Pontifice Vltraiectenſi & Piẽtiſſima Petronella, ab Arnoldo Monaſterij D. Petri apud Gandauenſes Antiſtite miſſus, damna incomparabilia ab Anſelmo accepta, ſtrenuè ac piè cõpenſauit; Sacerdotes nõ minus quam ædificia auxit & perpoliuit. Mortuus Anno Milleſimo Centeſimo Sexage- 1161.
ſimoprimo, 4. Cal. Decemb.

Ordo, Loci facies, domus hæc, lingua reticente,
Et res aucta docet, quem lapis iſte tegit,
Ad ſummũ moriens hæc ſublimarat ab imis,
Quantum cum cecidit heu caput occubuit;
Grex Paſtore, domus Domino, Plebs orba pa-
Walterum *luget vix habitura parẽ. (trono,*
Lux corpus terris, animam quoq; reddidit a-
Illa calendarũ quarta Decẽbris erat. (ſtris,
Siſte gradum, lege quiſquis ades, memor eſto ſepulti,
Cum pateant veris quæ legis indicijs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.IX.

.1161. .1176. .15.

VIBOLDVS, Mortuus Anno
1176 Milleſimo Centeſimo Septuage-
ſimoſexto, ſexto Idus Octobris Latet
Sepulchrum.

Wijbold of Wicbold. *H.tem. orta eſt lis illa grauiſſima inter* Dodonem *filium Berwoldi Aduocati, & Antiſtitem.*

.X.

.1176. .1182. .6.

LAMBERTVS, Monaſterij Blandi-
nienſis D. Petri Gandaui antè Sa-
1180 cerdos, Anno Milleſimo Centeſimo
Octuageſimo, factus Antiſtes; Vita ceſ-
1182 ſit, An°. Milleſimo Centeſimo Octua-
geſimoſecundo. Item huius Sepul-
chrum ignoratur.

.XI.

.1182. .1206. .24.

FRANCO, Gualteri octaui Anti-
ſtitis magnificus æmulus. Mortuus
1206 Anno Milleſimo Ducenteſimoſexto,
quinto Nonas Octob.

H.tem. Anno 1200. *moritur* Dodo *Berwoldi filius.*

Porta, Chorus, Turris, Domus ægris ſtructa,
ſupellex (auctæ,
Plurima, Campanæ, Paradijs, res hic ſatis
Franconis *ſtudio, ſunt hæc meritoria vitæ:*
Qui quinto Nonas Octobris, carnis amictū
Corruptum poſuit, incorruptè reuocandum,
Anno Milleno bis Centeno quoque ſeno.

.XII.

.1206. .1226. .20.

Van Rijſ-wijck. *H. tem. Anno 1208. moritur Gualterus de Egmonda Miles. 40. Dominationis ſuæ an. 13. Sept.*

LVBBERTVS PRIMVS, RIIS-
VICVS; Guilielmum D. Egmonda-
num, Cenſus, Priuilegia, Seruos & Sa-
cerdotes Monaſterij aliquamdiu inua-
dentem, An°. Milleſimo Ducenteſimo 1216
Decimoſexto, cum Pontificis Maximi
tū Guilielmi 1. Hollādiæ Reguli aucto-
ritate tādem repreſſit. Interijt, An. Mil- 1226
leſimo Ducenteſimo Vigeſimoſexto,
4. Idus Octob. Vbi ſepultus, non legi.

.XIII.

.1226. .1230. 4.

HENRICVS PRIMVS, Guiliel-
mo D. Egmondano tantus ferè
Amicus,

Amicus,quantus Guilielmus Lubber-
230 to inimicus. Diem obijt, An°.Milleſi-
mo Ducenteſimo Trigeſimo.

.XIIII.

.1230.

ARNOLDVS.

.XV.

.1237.

THEODORICVS PRIMVS, Officio dies aliquot bene functus.
237 Deceſſit, An°. Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimoſeptimo, 7. Idus Ianuarij.

ISBRANDVS, qui legitur prefuiſ-
239 ſe, An°. Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimonono; Verum inter alios (propter ſingularem improbitatem vt ſuſpicantur) non eſt recenſus.

.XVI.

.1240. .1263. .23.

LVBBERTVS SECVNDVS, EGMONDANVS, Gualteri 2. eius nomi-

Primus Antiſtes Regalis. Procancellarius Guilielmi Imperatoris 15. Hollandiæ Principis.

nis, D. Egmondani filius. An°. Milleſi- 1240
mo Ducenteſimo Quadrageſimo con-
ſtitutus Antiſtes; Inter alia priuilegia
ampliſſima, ab Innocẽtio 4. Pon. Max°.
An°. Milleſimo Ducẽteſimo Quadra- 1246
geſimoſexto, impetrauit, aut repeti cu-
rauit: Ne quis Monaſterio, aſtutia aut „
violentia (vt verbis vtar Pontificijs) „
prẹponatur, niſi quem fratres commu- „
ni conſenſu, vel fratrũ maior pars con- „
ſilij ſanioris, ſecundum Deum & B. Be- „
nedicti Regulam prouiderint eligen- „
dum. Item: An°. Milleſimo Ducenteſi- 1251.
mo Quinquageſimoprimo,* Infulam,
Anulum, cæteraq. Põtificum, inſignia,
quib. hactenus Egmõdani Antiſtes ca-
ruere, primus obtinuit. Cauit vt partitis
cenſib. (in Præbendas quas vocant) tri-
ginta ſolum cum Sacerdotes tum infe-
rioris ordinis deinceps in Monaſterio
alerentur. Exceſſit An°. Milleſimo Du- 1263.
centeſimo Sexageſimotertio, No. Aug.

Abbas Lubbertus *iacet hic, pietate refertus,*
Prouidus, expertus, actiuus, eratq́ diſertus.
Primus Mitratus, fuit Hacmundæ quoque natus,
Paſtor clauſtralis, iam Cõſul & imperialis;

Clau-

H. tem. Anno 1244. vel 48. (vt quidam volunt) fundauit Guilielmus Egmondanus, Sacellum quod vocant **Op de Houff.**

** Apertè indicãt (inquit D. Bernardus. Ep. 42. Ad Henricum Senonẽſem Archiepiſcopũ) quid cogitent, dũ multo labore ac pretio Apoſtolicis adeptis priuilegijs, per ipſa ſibi vendicant Inſignia Põtificalia, vtẽtes & ipſi more Põtificũ, mitra, anulo, atq. ſandalijs. Sanè ſi attẽditur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret profeſſio, Si miniſterium, ſolis liquet congruere Pontificib. &c. Hæc Vir S. & vtinã audiretur pro ſua reuerentia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Clauſtrũ dilexit, & in omnibus id bene rexit.
Nonis Auguſti moritur, numerus quoque Chriſti
Extitit M, *pariter* C *bis*, L, & X *ſemel*, I *ter.*
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

.XVII.

.1263. .1269. .6.

NICOLAVS PRIMVS, SASSENHEMIVS, hoc nomine ſuis charior, quod cenſus (præbendales) viritim à Lubberto in perpetuum diſtributos, multum auxerit. Mortuus An°. Milleſimo Ducẽteſimo Sexageſimonono, 14. Cal. Febr. Latet Sepulchrum. Van Haſſenhem.

1269

.XVIII.

Secũdus qui dignitatem depoſuit.

.1269. .1272. .3.

HENRICVS SECVNDVS; Cum nihil proficere ſe poſſe ſenſit,† circa Annũ Milleſimum Ducenteſimum Septuageſimum ſecundum, honore officioq́. ſe abdicauit. Mortem obijt Anno Milleſimo Treceteſimoſecundo, 4. Nonas Septemb.

1272

† *Intra annum* 1271. & 1274.

Hic

Hic ſunt Henrici *cineres pietatis amici,*
Patruus vt didici, fuit Abbæ hic Theoderici,
Qui dum prodeſſe nequiuerat, vltra præeſſe
Noluit, hinc oneri pariter quoq; ceßit honori,
Defunctis membris ſemel M, *ter* C *q;, bis* I *ſit,*
Quando Decembris quarto Nonas hic obiuit,
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

.XIX.

.1272. .1304. .32.

Vtenhage. *Hic cum Theodorico* II. *Domino Brederodio, & Henrico Burchgrauio Leydenſi, ac Guilielmo Egmõdano, Ioã.* I. *Decimumſeptimum Hollandiæ Regulum reduxit ex Anglia.*

FLORENTIVS, VTENHAGIVS, Verenboldi Vtenhagij Equitis Nobilis filius, hortatu Henrici 2. conſtitutus Antiſtes; ætate florens, ingenuuſqúe magis & magnificus, quam Monaſterio vtilis. Mortem obijt, Aº. Mil- 1304
leſimo Trecenteſimoquarto, 7. Calen. Martij.

Hic ex Hage *datus,* Florentius *Abba locatus*
Eſt, Qui formoſus cautus fuit ingenioſus,
Pompoſe ſtrauit ſua, campanas renouauit,
Cum grege certauit, feudando dilapidauit,
Hic dum migrauit, annus de Verbigena, ſit
M, *ter* C, *quater* I. *ſub ſepteno kale. Martij.*
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

.XX.

.XX.

.1304. .1308. .4.

VERNERVS VTENVARDIVS, Vltraiectinus; (auxit Præbendas) Mortuus Anno Milleſimo Trecenteſimooctauo. *Werner Wtẽwaerde.*
1308

Abbas Wernerus *iacet hic qui paſtor & herus,*
Traiecti natus fuit, ac ex Werd *vocitatus,*
Templum veſtiuit cum ſedibus hic, & obiuit,
Anni dum Domini ſunt Octo Mille Trecenti,
Sub feſtis Agathæ; viuat ſine fine beatè.

.XXI.

.1308. .1319. .11.

BERTOLDVS OYENVS, Domini Oyeni filius; inſignis monaſterij nepos. Diem obijt An°. Milleſimo *Bertoldt van Oyen.*
1319. Trecẽteſimo Decimonono, 2. Id⁹ Feb.

Hic cum Francone iacet Abbas, qua ratione
Neſcio, Bertholdus *ex* Oyen *qui fuit ortus.*
Hic bene deuotus, ſed cautus non bene totus.
Res alienauit, & debita multiplicauit.
Idus ſub bino Februo, Denoq; Noueno
Ac Trecenteno Milleno dormiyt anno.
Dic lector quiſq; Deus vt miſeretur vtriſq;.

.XXII.

.1319. .1326. .7.

Screuel. Gerardi Egmondani filius Sacerdotibus quo honeſtius veſtirentur ad cenſum annuum 6. addidit florenos.

THEODORICVS SECVNDVS, SCREVELIVS, Nobili Egmondenſium progenie natus. Pius & Prudens, Æs alienum à Bertoldo contractum diſſoluit. Mortuus An°. Milleſimo Tre- 1326
centeſimo Vigeſimoſexto, 3. Calend. Octobris.

Ecce Theodrici *cineres bonitatis amici,*
Nunc tegit iſte later qui fuit Abba Pater.
Huius Regalis clauſtri quoq; ſpiritualis
Paſtor, honore fruens, nobilitate cluens;
Floruit Hæcmundæ monachorū Paſtor abūdè,
Soluens in primis debita multa nimis,
Ad Fanum clauſtri partem borealis & auſtri
Hic renouans etiam deſuper Eccleſiam,
Ornamenta bona, vaſorum plurima dona
Argenti, domui fecit ineſſe ſuæ;
Auxit præbendas, feliciter inde calendas
Octobris trino dormijt in Domino.
Dicite nunc cuncti lectores ad releuamen
Huius defuncti, quod requieſcat, Amen.

.XXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XXIII.

.1326. .1345. .19.

HVGO PRIMVS, HARLEMIVS, tam Religionis quam Rei egregius amplificator. Mortuus An°. Milleſimo Trecenteſimo Quadrageſimoquinto, 16. Cal Sept. *Hugo Menſonis.*

Laurent octa. Ieſu ſemel M, *ter* C, *nonies* V.
Eſt populus mœſtus, moritur quia largus, ho-
Hugo Menſonis, *exēplū dapſilitatis, (neſtus,*
Mitis valde bonis, vltor durus ſceleratis,
Nobilibus charus, rerum fuit ordine gnarus;
Hic vitam duxit, quod dormitoria ſtruxit;
Et terras emit, violatas iure redemit;
Flent verecundātes inopes, victumq; rogātes,
Tali priuati, qui pronus erat pietati.
Viuendi norma fuit atque gregi bona forma.
Nā fuit Abba pater, claudatur ei locus ater,
Et ſit pro meritis, iunctus in æthere choris.

.XXIIII.

Tertius qui dignitatem deponit.

.1345. .1351. .6.

GVILIELMVS PRIMVS, ROLLANDVS, Pietatis & Cenſus quoque inſignis conſeruator. An°. Milleſimo *Van Rollandt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

mo Trecẽteſimo Quinquageſimopri- 13
mo, Romæ per procuratores Officium
ſuſceptum deponens, Ioannem Olou-
tium Harlemẽſem, celebrem in Roma-
na curia Iuriſconſultum impetrauit
Succeſſorem.

Wilhelm *de* Hollandt *iacet hic ſemel Abba*
vocatus,
Quem ſuper extollũt bonitates quas operatus
Eſt, ter electus, bis liquit ſponte reuectus,
Hic augmentator rerum, larium reparator,
Clauſtri Zelator fuit, ac inopum recreator,
Deuotus totus, & nobilibus bene notus,
Manſuetus, lætus fuit & virtute repletus,
Subditus ac humilis, obijt ſub quinto Aprilis
Idus, quando Ieſu datur M, C *ter &* L. X. V.
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

.XXV.

.1351. .1353. .2.

Olout. *Monaſterij Egmõdani, Sacerdos, & in Romana curia decretorum Doctor.*

IOANNES PRIMVS, OLOVTIVS. Omnibus charus. Obijt vigente ad-
huc ætate, Anno Milleſimo Trecente-
ſimo Quinquageſimotertio, 18. Calen. 1353
Octob.

Hic ſunt Doctoris Decreti membra Ioannis,
Abbatum floris, binis qui præfuit annis,

Dapſilis

Dapſilis & gnarus, cunctiſque per omnia
charus,
Struxit quæ quiuit, maiora patrare cupiuit,
Hæc dum quaſiuit mortemq́ repente ſubiuit.
M. *ſemel eſto Ieſu, ter* C, *ter* I. *decies* V.
Annus, dũ colitur Crux exaltata moritur;
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

HOC MORTVO rurſum omnium ſuffragio eligitur *Guilielmus Rollandus*, verum electioni vix tandem aſſentiens, poſt dies aliquot, munus oblatum conſtanter reiecit. Moriturq́ue monaſticæ humilitatis, & ſpectatę integritatis exẽplum, Anno Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimoquinto, 5. Idus Apr.

.XXVI.

.1353. .1367. .14.

HVGO SECVNDVS, ASSENDELFIVS. Qui Bonorum Monaſterij repetundorum cauſſa adeo acerbè cum Van Aſſendelft.
1360 Egmondano Ioanne, Anno Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo diſſedit, vt inter homicidia, incendia, furta, maximaq́ue monaſterio illata damna, abditus ferè & in occulto latens, An°. Mil-

 leſimo

leſimo Trecenteſimo Sexageſimoſep- 1367
timo, 3. Calend. Aug. miſerijs & ęrumnis tandem oppreſſus, ex hac vita non ſecus quam è carcere ad lætiora migraſſe credatur.

Hoc ſub Sarcophago iacet Abbas qui datus
Hugo,
(Cognomen pago ſit ab **Aſſendelſt** *& origo)*
Sub quo creuere bona, ſtructuræ periere;
Nam ſunt iniuſtè clam ſæpe ab hoſtib. vſtæ,
Hic rigidus, verax, ſimplex, cito credulus, audax,
Pluribus & charus, fuit in clauſtro quoq; rarus,
Nam latitans moritur velut exul, & hic ſepelitur;
Quando datur M, C *ter,* L, *&* X *quoq; ſeptem,*
Dormijt in Domino Sextilis ſub kale. trino.
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

XXVII.

.1367. .1381. .14.

Van Hillegom. *Huius iuſſu, leo Sacerdos Egmondēſis Epitaphia Primorum Hollandiæ Principum, vetuſtate conſumpta, reſcripſit.*

IOANNES SECVNDVS, HILLEGOMIVS; poſthabito Romæ Ioanne VVeentio (qui omnium votis in Aſſendelfij locum erat cooptatus) opera Theodorici Nagelij olim Sacerdotis Egmondani, iā Vlierbecēſium Antiſtitis, Egmondēſem dignitatē conſequutus.

tus, neglecta lite illa grauiſſima ab Hugone Ioanni Egmondano tẽtata, Ædificijs Monaſterium ornauit; Bona & Agros extra Hollandiã ſitos, cum alijs intra Hollandiã commutauit. Externis iucũdus & charus, ſuis grauis & odioſus. Moritur, non malè de Monaſterio
1381. meritus, An°. Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimoprimo, pridie feſti D. Andreæ.

Ecce Ioan *buſtũ iacet hic* Hilegom *notat iſtũ,*
Qui fortunatus fuit, & bene morigeratus;
Nam non electus ſit in Abbæ ſede prouectus.
Hic diſpenſator prudens, bonus ædificator,
Dapſilis atq; dator, fuit ordinis arct⁹ amator.
Pace fruens extra, patitur zelũ tamen intra.
Deſtruxit, ſtruxit, emit, venditdiq;, redemit;
Quare res certæ ſub præceſſore repertæ,
Diſpoſitæ cautè melius ſunt non minus auctæ.
Andreæ moritur profeſtis, ac ſepelitur. (*lũ.*
LVXV CVCVLLVM *tenet annũ qui capit il-*
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

.XXVIII.

.1381. .1404. .23.

IOANNES TERTIVS, WEENTIVS; Mortuo Hillegomio, rurſum omniũ ſuffragio elect⁹, ad annũ vſq. Milleſimũ Tre-

Quartus quã dignitatem depoſuit. Weent. *Hic putatur eſſe auctor omnium Epitaphiorum, quibus additur, Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Trecenteſimum Octuageſimumquin- 1385.
tum, Arnoldum Guilielmi, Egmondē-
ſis item Ordinis, Bononiæ ſtudiorum
gratia agentem, & ab Vrbano 6. Ponti-
fice Max°. cooptatum, graui iudicio ex-
pertus eſt aduerſarium. Hic An°. Mille- 1396
ſimo Trecēteſimo Nonageſimoſexto,
contra Arnoldum Egmondanum, ob
bonorum monaſterij inuaſionem apud
Adelbertum Hollandiæ Principem in-
ſtituta primum querela, poſtea cum ip-
ſe Princeps Egmondam veniſſet, (par-
tim quod Egmondano nimis addictū
eum ſentiret, partim quod diuturna
moleſtia ſe ſuoſque tandem omnino,
præſente Principe vellet liberari) quic-
quid Egmondanus ſuum eſſe conten-
debat, hoc Adelberto eiuſq. hæredibus
Hollandiæ Regulis quoad Pont. Maxi-
mus conſentiret, liberrimè contulit.
Pontifice verò donationem minimè
approbante, irritam eam fecit; iratus
proinde Princeps Dominationem ac-
ceptā, Arnoldo D. Egmondano cedere
voluit. Vnde acerbè cū ab Egmonda-
no tū à vicinis afflictus (Antiſtitis ſui
vicem

vicem Sacerdotib. vel nō dolentib. vel diſſimulātibus) Nouem & decem an-
1404 norum tędio fatigatus, An°. Milleſimo Quadringenteſimoquarto, paulò ante mortem, per procuratores Romæ officio ſe abdicauit.

Infortunatus iacet hic **Jan** *Abba vocatus,*
Cui **Weent** *cognomen, à ploratu dedit omen.*
Nemine ſtipatus, ni Saluatore iuuatus,
Quem Sancto Cœli Rex aſſociet Michaëli.

XXIX.

.1404. .1424. .20.

GERARDVS PRIMVS, OCKENBERGIVS. Dominatum à Weentio, primò Adelberto Principi & inde (renuente licet Pontifice Max°.) à Principe, contra donationis pacta Egmondano datum, tam Weentij quam Adelberti actis à Guilielmo ſexto Hollādiæ Regulo reſciſſis) recuperauit; qui licet — Ockenbergh.
1408 rurſum, An°. Milleſimo Quadringenteſimooctauo, inter alias conditiones monaſterio fortè nō minus quam Egmondano vtiles, D. Egmondano anti-

quo beneficiali iure fuerit conceſſus, poſtea tamen, annos multos, & præſertim dum Hamati cum Aſellinis paſſim tota Hollandia infeſtis armis congrediuntur, (mortuoq́ue iam Guilielmo & Ioanne eius fratre à Leodiēſibus repudiato, cum Egmondanus Ioannes, Hollandiam (pulſa Iacoba) contra ius faſq́. inuadit, lateq́ue dominatur) tam Antiſtiti Vltraiecti degere coacto, quã Sacerdotibus Egmondæ relictis, cum regalium opum monaſterij direptione, diuturnę calamitatis fuit occaſio. Mortuus Vltraiecti, Anno Milleſimo Qua- 1424
dringenteſimo Vigeſimoquarto, octauo Idus Martij.

Abbas Gerardus *de* Orkenberch *carne ſolu-*
Iſto Sarcophago contegitur rubeo: *(tus,*
Qui patria pulſus Traiecti mœnia poſcit,
Annis in ſenibus, quo peregrè moritur.

XXX.

.1424. .1458. .34.

Van Mathenes.

GVILIELMVS SECVNDVS, MATHENESIVS; Dum Gazæ Priuilegijſq́ue

giįſque Monaſterij, & ſibi (ob Ioannis D.Egmondani metum) fuga conſulit, inſidijs Egmondani interceptus, & in arctiſſima cum Primario Sacerdote ſocio coniectus vincula, quicquid hactenus à Maiorib.conſeruatum fuit, (tres propè menſes variè excarnificatus) Egmondano tradidit. Adeò mulctatus, à
1437 Monaſterio ad Annum vſque Milleſimum Quadringenteſimũ Trigeſimum ſeptimum, ſe ferè cõtinuit, donec Philippo Burgundo iam Rerũ Hollandiẽſium Domino interueniente, grauiſſimaq́. Pontificis Max.accedente auctoritate, de Concordia inter Ioannẽ Egmondanum & Monaſteriũ conciliãda,
1439 agi cœptum eſt. Qua tandem An°. Milleſimo Quadringenteſimo Trigeſimonono, præter Antiſtitis Sacerdotumq́. intentionẽ confirmata, Egmondę Dominat⁹ deinceps à Monaſterio diuiſus, cũ agris alijſq́. cenſib .ampliſſimis Egmondenſi Domino eiuſq. hæredib.ceſſit. Vnde veluti ſeminario quodam perpetui odij Sacerdotib. relicto, & D.Egmõdano (neglectis pacis conditionib.

non pro eorum incolumitate pugnante, ſed animo à ſe alienos oppugnante potius, An°. Milleſimo Quadringenteſimo Quadrageſimoquarto, tumultuātib. armata manu ad Monaſteriū, Adelberto Raephorſtio Alcmariæ militum Præfecto, & Giſberto Huelio Prætore Egmondenſi, rurſum à crudeli irruptione armorum, ægrè ſe ſuoſq. vindicauit Antiſtes. Qui multis licet vexatus contumelijs, plurimiſq. iactatus iniurijs, grauiſſimo ære alieno perſoluto, & magnificis ædificijs, alijſq. monimentis religioſis, præclaram ſui reliquit memoriam. Diem obijt Anno Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimooctauo, 14. Calend. Iunij.

1444 Raephorſt. Huel. 1458

Mille Quadringentis Quinquaginta ſimul
Octoq; carnati lapſis à tēpore Diui; (annis
Abbas Wilhelmus *de* Mathenes *vocitatus,*
Deceßit decimo Iunij, quartoq; calendas,
Annis tricenis longeq; magis fuit Abbas,
Soluit ſcuta ducis Guilelmi Millia ſex bis,
Res quoq; diſperſas collegit, nactus adēptas.
Atque nouas Abſpoel *ædes conſtruxit, &*
Hargom,
Inq; locis alijs multo nummiſmate partis
Muros erexit, cameras lapſas reparauit,

Fratres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Fratres corripuit, illos quoque rite coercens,
Sanctorũ docuit per iter bene vadere Patrũ.

.XXXI.

.1458. .1464. .6.

IACOBVS POELGEESTIVS, antè Antiſtes, D. Pauli Vltraiecti, Non tam communi Sacerdotum ſuffragio, quam Philippi Burgundi potẽtia, Dignitatem Egmondenſem conſequutus. Van Poelgheeſt.
1464 Moritur Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Sexageſimoquarto, pridie Nonas Auguſti.

M *ilitis hic gnatus isto busto tumulatus,*
C *ui* Iacobus *nomen de* Poelgheeſt *nobile ſemen.*
C *um Domina Iacoba Duxiſſa ſtans tulit arma.*
C *laustrũ post petijt, deuotus Canonicus fit,*
C *umq; Prioratus bene rexit culmina gratus.*
L *egatus Papæ Benedictum compulit eſſe:*
V *i facit Abbatẽ Benedictorum quoq; Patrẽ,*
V *rbis Traiecti Sancti Pauli quoq; claustri,*
I *llinc transfertur, Papaq; iubente paratur*
I *n Hæcmũda Abbas, ſex annis fert ibi curas.*
I *n capite Auguſti perſoluit debita morti.*
I *storum capite metrorum tempora quære.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

.XXXII.

.1464. .1476. .12.

GERARDVS SECVNDVS, POELGEESTIVS; Priuilegiorum Monaſterij egregius vindex, opum magnificus amplificator. Mortuus Leydæ, Anno Milleſimo Quadringenteſimo 1476
Septuageſimoſexto, circiter Idus Octobris.

Reſpice Gerardū, **Poelgheeſt** *ex ſtirpe creatū,*
Quamuis clarus auis, ſtringitur hoc tumulo.
Dante Deo fuit Hæcmundæ Abbas ter quater annis,
Occidit ante dies, Vixerat auctor opum.
Theſauros aperit Sixtus, dat cuncta per octo
Crimina dimitti. Hic labor eſt Abatum.
Quattuor Eccleſias petis, harū ſiſque Patronus,
Solus Doxale hoc conſtruis ære tuo;
Mercaris terram in **Beſopen** *ceſpite ditem;*
Ex **Berkel** *decima creſcat adaucta facis;*
Certas Iudicijs, vincis, Proh profuit hoc nil,
Succumbis fato; molliter oſſa cubent.

.XXXIII.

.1476. .1481. .5.

Adrichem. NICOLAVS SECVNDVS, ADRICHEMVS; vno omnium voto, electus

electus Antiſtes, Ioannem Philippi Burgundi filium naturalẽ, æmulum & hoſtem habuit importuniſſimũ, qui cum Sacerdotum animos prorſus à ſe auerſos ſenſit, implorato Ioãnis D. Egmondani auxilio, Monaſterium obſidione cingi curauit. Clam interim cum paucis ſocijs elapſus Adrichemus, coactũ ſimul cum priuilegiorum literis Theſaurum, è præſenti direptionis periculo exemit; Nec multo poſt, re patefacta, reliqui obſidione liberati. Adrichemus verò diu Ioannis Aliorumq́. vbiq́ue paratas inſidias declinans, ac nullo

Monaſteriũ Egmondenſe obſidione cingitur.

77 in loco firmus, tandem An°. Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimoſeptimo, Carolo Bellicoſo Hollãdiæ Principe ad Nancium cæſo, hoſtibuſq́ue monaſterij grauioribus periculis inuolutis, ſingulari cum aggratulatione à ſuis receptus, dignitatẽ magnificè init.

79 Anno inde Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimonono, Vltraiectinos Dauidis irati interdicto, à ſacris exercitijs ſuſpenſos, Pontificis Maximi auctoritate, Principi & Põtifici ſuo reconci-

conciliare ſtudens, ad Sacra facienda & frequentanda, priſtinæ libertati reſtituit. An°. Milleſimo Quadringenteſi- 148
mo Octuageſimoprimo, ad nuptias D. Verienſis in Zelādiam vocatus, & dies aliquot egregiè exceptus, tandem plurimo ſalis poculis immixto, eoque pari cum reliquis concertatione fortè exhauſto, poſtquam ad opus naturæ (ſit honor auribus) diſceſſit, in ipſa ſede animam efflaſſe inuentus.

Floridus ætate aſſūptus D'Adrichem Nicolae
Huius Cœnobij ad munera ſumma Pater.
Quæ caſum minitant paßim, foris, intus, vbiq;
Jngenuè reparas, atria, tecta, domus.
Magnanimumq; Ducē, Procerū turbamq; re-
Qui Induperatoris regia progenies. (ceptas,
Es pius in miſeros, in amicos largus, in hoſtes
Jmpiger, & penſas demerita officio.
Ad Sacrū Genij te infauſto ſydere trāsfers,
In Veris parte, heus fata ſubire iubent,
Qui patronus eras mœſtis, precor Altitonantē
Det Tibi cum Diuis regna ſuperna poli.

.XXXIIII.

.1481. .1493. .12.

Van Driel. IOANNES QVARTVS, DRIELIVS, Gelder, paribus Sacerdotū ſuffragijs electo

electo Ioanni Doeſæ, Summi Hollandienſis Senatus opera tandē præpoſitus, quò ſe ſuaq. lauti⁹ tueretur, Monaſterij leges indignè conuelli paſſus. An°. Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimotertio, pridie Natiuitatis Domini, Caſtello ad Bredam Brabantiæ (vbi delituit) apoplexia ictus, tertio inde die interijt. Jan vander Does.

.XXXV.

.1493. .1509. .16.

HENRICVS TERTIVS, VITENHORSTIVS, Arenſburgico ſtemmate clarus, contra Otgerum Cralingenſem ab altera Sacerdotū parte electus, & à Pontifice Maximo An°. Milleſimo Quadringētesimo Nonageſimoquarto confirmatus, Religionis inſignis vindex & propugnator; poſt atrociſſima monaſterio dudum illata damna, & Sacerdotum iam annos aliquot exardeſcentem intolerabilem diſcordiam, Pietati, rei familiari, & Ædificijs augendis, æriq. alieno cum primis perſoluendo Wittenhorſt. Otger van Cralinghē.

ſoluendo continuò intentus, eximiam apud ſuos exteroſque virtutis laudem adeptus. An°. Milleſimo Quingenteſimonono, ex inundationis incendijq́ue fortuiti metu & dolore, correptus febri, pridie Cal. Oct. è viuis ſublatus. 1509

Hic ſunt Henrici Wittenhorſt *oſſa ſepulta,*
Qui Arēsburg Comitis ſtēmate clarus erat.
Virtutū exēplar viuū, Quinquennia ſanctus
Vir tria, regali præfuit officio.
Primuſq́ inſtituit mores vitamq́ probatam,
Rector conſpicuus relligione pia.
Iuſtitia inſignis, nulli pietate ſecundus,
Vixit Cœnobij gloria magna ſui.
Infauſta illa dies atro carbone notanda,
Cum rapuit ſanctum Parca ſeuera virum.
Corpus habet tellus, petijt mens libera cœlum,
Gaudet & æterno ſemper adeſſe Deo.

.XXXVI.

.1509. .1526. .17.

Man. MEINARDVS MANNIVS, Non tam nobili quam magna & honeſta apud Wormariēſes oriundus familia, Vir ſpectatæ integritatis, Officijs honeſtis antè cum laude perfunctus, concordi ſuffragatione factus Antiſtes, non modò varijs magnificiſq. ædificiorum

Wormer. *Tagus Cunemaria.*

ficiorum aliarumq. rerum illuſtriũ monimẽtis Maiores præcelluit, verumetiã ſumma pietate, ſtudia literaſq. liberali domi foriſq. ſemper fouens impenſa, D. Eraſmi Roterodami, Ioannis Campenſis, Martini Dorpij, Aliorumq. eius temporis eruditione præſtantium conſuetudine celeberrimus, eã & gloriam & nominis celebritatem eſt conſequutus, quam longi etiam temporis nõ fa-
6 cilè delebit obliuio. Deceſſit An°. Milleſimo Quingenteſimo Vigeſimoſexto.

XXXVII.

.1526. .1560. .34.

GVILIELMVS TERTIVS, GOESANVS, Animi candore, clementia & pietate eximius, atq. in ædificando Meynardi inſignis æmulus; præter egregiam ſanctitatis opinionem etiam magnam‡ pecuniæ & opum vim (mox à ſucceſſore perditam) relinquens, de-
60 ceſſit Anno Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo, ipſo quo olim electus erat die.

Van Goes.

‡ Summa (vt à fide digno accepi) putatur fuiſſe 40000. florenorum, quã Nicolaus, Anno 1561. 26. Martij Suſio Præſidi Hagenſi lepidè ſcribens, latitantem abſque latratu Cerberum dixit.

XXXVIII.

Quintus qui dignitatem depoſuit.

.XXXVIII.

.1560. .1569. .9.

NICOLAVS TERTIVS, A NOVA TERRA Primus Pręſul Harlemienſis; refragantibus Monaſterij Sacerdotibus An°. Milleſimo Quingenteſimo 1561
Sexageſimoprimo, ipſo die D. Vilibrordi, mutuata alterius perſona, ipſe abſens nō tam ſolenniter more Maiorum introductus, quam regiæ gazæ dominationisq́ue factus compos. Abſens item, An°. Sexageſimonono ſupra Mil- 1569
leſimum Quingēteſimum, Brūxellę in Summo Belgij Senatu, Ioanni à Gouda Iuriſconſulto procuratione data, Antiſtitis onus depoſuit. Mortuus Anno Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimonono, Martinaggeri: Sepelitur Vltraiecti in Monaſterio D. Seruatij.

De ionghe Gouda Aduocaet indē Haegh.

Tot S. Martens Dyck.

.XXXIX.

.1569.

Mierlo.

GODOFRIDVS A MIERLO, Secundus Præſul Harlemienſis.

Hic

Hic eſt Opulentiſſimorum illorum Egmondanorũ Antiſtitum, ab Anno 910. ad Annum 1569. per SEXCENTOS ſupra NOVEM & QVINQVAGINTA annos, deductus Catalogus, Breuiſq́. Hiſtoria; quam (quia Vnicum habuit Hollandia Monaſterium Antiſtitibus (quos Abbates vocant) clarum, luxuq́ue olim egregiè excellens) vt Rerum Hollandicarũ partem non ignobilem, vna cum Põtificibus Vltraiectinis, monimẽtis noſtris illuſtratã, Ordini Veſtro Ampliſſ. dicãdam duxi. *Sequuntur obſeruationum mearum vt nuper in Regulorum Hiſtoria, Breues aliquot indices & Priſcorum Principum noſtrorum Egmondæ ſepultorum Epitaphia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

D. Ioannes Chryſoſtomus Lib. 3. de Sacerdotio.

NOn aliunde arbitror tam multas in Eccleſijs turbas naſci, quam ex Epiſcoporum Antiſtitumq. electionib. caſu potius ac temerè, quam diligenter ac accuratè factis. Nam caput valentiſſimum quidem eſſe oportet, vt prauas exhalationes ab inferiori reliqui corporis parte ſurſum aſcendentes diſpẽſare, & eas ritè atque ordine cõponere poſſit. Cum enim per ſe caput infirmum eſt ac fumorum illos morbificos inſultus repellere non potẽs: tum fit vt ipſum etiam infirmius indies reddatur, tum autem reliquum corpus ſecum perdat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

EPITAPHIA ALIQVOT PRISCORVM HOLLANDIÆ Principum, inter alia Egmondana monimenta ab interitu hac tempeſtate vindicata.

Epitaphium Theodorici 1. & Genæ Coniugis eius, Theodorici 2. & Hildegardis eius Coniugis, Item Theodorici 3. Primi Secundi & Quarti Hollandiæ Principum.

THeodricorum *tria corpora magnificorũ,*
Hic ſita ſunt, Titulis quæq́ notata ſuis.
Hi fundauerunt loca noſtra, Patreſq́ fuerunt
Iſtius ornatus, Ordinis, atque Status.
His Comitiſſarum ſociantur membra duarum,
Virtus eſt quarum, non celebranda parum.
Gena *prior dicta, tum præcipuè benedicta,*
Hildegarda *ſuo digna legi titulo,*
Auro præclaram tabulam quæ ſtruxit ad aram,
Multimodis donis iure ſequenda bonis,
Progenies horum mores imitare tuorum,
Quos cæli Regio ſumpſit ab exilio.

Arnoldi, Tertij Hollandiæ Principis & Lutchardis eius Coniugis.

GLoria carnalis pernicibus euolat alis,
Et quaſi non fuerit cū moriente perit.
Hic Comes Arnulphus *patriæ tutela ſepultus,*
Expectat requiem iudicijq́; diem.
Iſte venuſtauit hæc ſancta, locumq́; beauit,
Terris mancipijs, ædibus eccleſijs.
Qui bis ſeptenas Octobre rotante Calendas,* *Alibi 16. Calend.
Hoſtili gladio tranſijt è medio.
Laudibus & merito ſimilis Lutgarda *marito*
Complexu fidei conſepelitur ei,
Per Tauri ſydus ternas Maius regit Idus
Dum Comitiſſa pijs fungitur exequijs.

Theodorici 4. & Florentij 1. fratrum; Quinti & Sexti Hollandiæ Principum.

ECce iacent fratres, regni ſpes, gloria, Patres,
Regum ſtirpe ſati, vermibus eſca dati.
Bello magnificus prior horum Theodericus,
Hoſtibus in Patriam iure negando viam,
Per Capræ Sydus, dum Ianus volueret idus,* *Alibi, idib. Maij.
Cæſar erat fomes quod cadit iſte Comes;
Florens flos florum, Florentius *alter eorum,*
Splendidus eloquio, viribus ingenio,
Cui

Cui Troiæ rector, bellanti cederet Hector,
Dum nimis emicuit hoſte latente ruit.
Morte Viri flendas quarto decimoq́, calendas
Iunius axe gerit, dum Comes enſe perit.
Deſtructor mortis, vitæ reparatio fortis,
Raptos valle ſoli, collocet arce poli.

Theodorici 5. Septimi Hollandiæ Principis.

V*Irib⁹ haud modic⁹ ſit⁹ eſt hic* Theoderic⁹,
Qui pulſus patria vi redit in propria,
Nam Dux Gibboſus puero fuit inſidioſus,
Sed Ducis interitus fit Iuueni reditus.
Vrbs Traiectenſis fulmen tremit ipſius enſis,
Mortes multorum dum gemit omne forum.
Capto Pontifice Comes inclitus egit amicè,
Non quod vi poterat, ſed quod honoris erat.
Hoſtibus iſte grauis Patriæ tutiſſima clauis,
Quem decuere bene, verba, ſtatura, genæ.
** Iuli quindenas te producente Calendas* *Alibi, Septemb.
Quæ Comitem rapuit mors lachrymoſa fuit.

Florentij 2. Octaui Principis Hollandiæ.

O *Florens ſpecies, lege cerne quod hoc cito* (ſies,
Quod teres tumuli, forma docet tituli.

Floruit vt palma ſerie Florentius *alma,*
Cultor iuſtitiæ iura tuendo piè.
Duxerat vxorem claram, Regiſq; ſororem,
Ambo præclari, par bene iuncta pari.
Larga manus dantis altare, ſacrum venerantis
Donis non minimis, præcipuè decimis;
Tempus ei pacis, labor & victoria Patris
Attulit, optato ſub pede Marte dato.
Cum ſenas Nonas Sol Martis tempore donas,
Contigit hanc lucem morte notare Ducem.

Theodorici 6. Noni Hollandiæ Principis.

C*ollige viue cinis, quã ſit caro plena ruinis,*
Quid ſit, et ad quid eat, quã cito diſpereat,
Pandit honorifici Comitis caro Theoderici,
Quis tibi ſit finis, incinerande cinis,
Hic Comitũ Nonus, Patriæ Pater atq; Patronus,
Ingenio viguit victor vbique fuit.
Auguſti Nonis, ſigno currente leonis,
Depoſuit quod erat, eſſe quod eſt videat.

Theodorici 7. Vndecimi Hollandiæ Principis.

TIrricus *iacet hic, pepærit quem filia Regis*
Ada, Comes Comitẽ genuit Florẽtius iſtũ,

Qui

Qui clauſus tumulo, virtutū pondere micans
Siccatur, meritoq́ doles Hollandia tantum
Amiſiſſe virum, per quem ſuffulta, labores,
Inſidias, rabidos ſopiſti tuta tumultus.
Quem pietas, quē vera fides, probitate magiſtra
Virtutumq́ cohors, tutum ſeruauit inermem.
Soluitur in cineres corpus, ſoluitq́ tributum
Carnis, & antiquæ redit ad primordia matris.
Hic binas Nonas voluente Nouēbre, relinquēs
Exilium mundi, Sanctis conregnet in Aſtris.

Item in lapide Sepulchri.

HIc Tirrice *iaces, Comes & Caro Regia, mæſtus*
Morte tua Populus, largus, diſcretus, honeſtus.
Et fortis bellator eras, victiſq́ modeſtus.
Milite pro tanto fundantur cum prece queſtus.

Syfridi ſiue Sicconis Præſidis, fratris Theodorici 4.

S*Æpæ ſtatu morū, ſtatus immutatur honorū,*
Quod Comes exegit, quem lapis iſte tegit;
Sicco *genus Comitum, comitatū ponit auitū,*
Dum quod amat ſequitur, ſe minor efficitur.
Sed fundis, ſeruis, ærisq́ nitebat aceruis,
Inferior ſolo Principe fratre ſuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Qui dum perpendit quo mundi gloria tendit
Iuris multa ſui tradidit huic domui.
*Origo Dominorũ Brederodiorũ.
* *Stirps de Siccone proceßit in hac regione*
Florens diuitijs, viribus, ingenijs.
Iunius in Nonis tulit hunc vi conditionis,
Cui ſit vera quies, perpetuusq́ dies.

Peregrini ſiue Theodorici Præſidis, filij Theodorici 6. Noni Principis.

Pompas mundanas, animaduertens homo vanas,
Quære quod eſt, & erit, nã ſtatus iſte perit.
En caro Glorifici duodennis Theoderici
Inſtar abit fumi, tabida putret humi.
Hunc Comitum nonus noſtrorum Theodericus
Spem Patriæ genuit, Spes ſimul, isq́ ruit.
Iſta Calendarum Iani nono, lachrymarum
Extractus puteo, viuat in æthre Deo.

HISTO-

HISTORIA FVNDATIONIS TEMPLI PVLCHERRIMI, Ampliſſimiq́. Collegij D. Mariæ Vltraiecti, cui hæc qualiacunq. monimenta, cenſui dedicanda.

TEMPORA *cum cauſsis, Templi venerabilis huius,*
Quiſquis noſſe cupis, metra te ſubſcripta docebunt.
Henrico quarto Romani ſceptra regente
Imperij, cum iam totam victricibus armis Circa an. 1082.
Subderet Italiam, ſoli præcludere ſola
Vrbs Mediolanum portas eſt auſa rebelles.
Quam tandẽ captã ſpolijs prius auctus opimis,
Euertit victor, Nec Templo flamma Mariæ
Virginis abſtinuit, candenti marmore ſtructo.
Vnde dolens, mentemq́; pio ſuccenſus amore,
Inſtaurare nouam venerandi nominis Ædem
Propoſuit, quocunque ſolo ſoliſue ſub axe.
Tunc Traiectenſis Præſul Nutricius olim
Principis & Ducis ſemper comes acer in armis,
Nomine Conradus, *tulit hoc à Cæſare munus,*
Vt Templum ſublime, loco fundaret in iſto,

Turribus excelſis, conſtructuraq́ perenni.
Adiutus donis, & multo Cæſaris auro,
Quale vides firmis ſubnixum ſtare columnis,
Fornice perpetuo faſtigia ſumma tegente.
Hoc fanum Præſul venerabilis ipſe dicauit
Primus, & inſtituit Præbendas Canonicosq́,
Canturos laudes tibi Virgo Maria perennes;
Poſt, vbi ſacrati ter ſex ab origine Templi
Fluxiſſent anni, fatalis venerat hora
Pontificis ſacri miſeranda cæde perempti.
Cauſſa necis fuit hæc: Nā dū fundamina muro
Ipſius Eccleſiæ Latomi perquirere tentant,
Inuenere lutum fluidum fixo ſine fundo.
Hoc vitium tardabat opus, Nemo ſapientum,
Huic morbo valuit quantalibet arte mederi.
Ars mendicat opem, miratur neſcius artis
Artificum cœtus non artem poſſe iuuare.
Dum ſic ergo rei ſpes eſſet nulla ſuperſtes,
En rudis hanc Friſo ſolidare ſpopōdit abyſſum,
Pro quo dum pretiū ſibi poſceret immoderatū,
Huic dilectus erat adoleſcens filius, Illum
Accerſit Præſul, ſecretè ſuadet vt artem
Eliciat Patri, promittit munera, Patrem
Filius auxilio genitricis inebriat, artem
Elicit, elicitam Paſtori clam patre pandit.
Continuò ſurgebat opus, iam tempore longo

Poſtpoſitum, gaudent omnes ſuper arte reperta;
Ille ſed irarum ſtimulis agitatus acerbis,
Deceptumq́; dolo tantus dolor vrget, vt Ipſum
Iam deſcendentem gradibus miſſa celebrata,
Pontificem ferro trux Friſo necaret acuto.
Eius in Aprili mortem dant feſta Tiburti,
Anno Milleſimo Nonageſimo quoque nono.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

ILLVSTRES FAMILIÆ PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM; QVArum ratio haberi potuit, ex Catalogo & Hiſtoria P. C. Bockenbergij.

AMSTEL.	*Goſuini Pontificis*	37
Arckel	*Ioannis 4.*	47
Are	*Theodorici 2.*	32
Badẽſium Regulorũ	*Frederici 4.*	56
Bauariæ Regulorum	*Henrici 2.*	58
Beron	*Hereberti*	26
Blanckenhem	*Frederici 3.*	51
Brederode	*Gisberti*	54
Burgundiæ Principũ	*Dauidis*	55
	Philippi	57
Caputinorum	*Nicolai*	46
Caroli Magni	*Ansfridi*	18
Cliuiæ Regulorum	*Balderici*	15
Cuik	*Andreæ*	25
Culenburch	*Suederi*	52
Diepholdt	*Rodolphi*	53
Egmondt	*Georgij*	60
Enkeuoort	*Guilielmi 3.*	59
Friſiæ Regis	*Ratboldi*	14

Gel-

Geldriæ Reguli	*Othonis 1.*	33
Hannoniæ Reguli	*Guidonis*	42
Hollandiæ Regulorũ	*Balduini 1.*	17
	Balduini 2.	29
	Theodorici 1.	31
	Othonis 3.	36
Horen	*Hermanni*	27
	Arnoldi 2.	49
Iſenburgh	*Arnoldi 1.*	30
Lippe	*Othonis 2.*	34
Mechliniędominorũ	*Guilielmi 2.*	41
Naſſav	*Ioannes 1.*	39
Oldenburgh	*Vilibrandi*	35
Ooſthoren	*Iacobi*	44
Rhenen	*Godofridi*	28
Tautenburch	*Frederici 5.*	61
Vernenburch	*Ioannis 5.*	48
Vianen	*Henrici 1.*	38
Weuelichouen	*Florentij*	50
Zierick.	*Ioannis 2.*	40
	Frederici 2.	43

Pſal. 48.

Vocauerunt NOMINA *ſua, in terris ſuis.*

PONTI-

PONTIFICES, QVORVM FAMILIÆ NOMEN IN HIStorijs, non legi expreſſum.

Vilibrordus	1.	Odibaldus	12.
Bonifacius	2.	Egiboldus	13.
Gregorius	3.	Volcmarus	16.
Adelbricus	4.	Adelboldus	* 19.
Theodardus	5.	Bernulphus	20.
Hermacarus	6.	Guilielmus 1.	* 21.
Ricofridus	7.	Conradus	* 22.
Fredericus 1.	8.	Burchardus	23.
Albericus	9.	Godebaldus	24.
Ludgerus	10.	Ioannes 3.	* 45.
Hungerus	11.		

Hos (exceptis aſteriſco notatis) non tã familiam & genus ſuum curaſſe, quam populũ, quam virtutem, quam Cælum ipſum (vbi iam eorum nomina ſcripta creduntur) teſtantur Annales.

Lucæ 10.

Gaudete quod NOMINA *veſtra ſcripta ſunt in cælis.*

Ponti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

Pontifices inter Diuos habiti.	Vilibrordus.	1.
	Bonifacius.	2.
	Gregorius.	3.
	Fredericus 1.	8.
	Ratbodus.	14.
Pontifices violenter occiſi.	D. Bonifacius.	2.
	D. Fredericus 1.	8.
	Conradus.	22.
	Otho 2.	38.
	Guilielmus 2.	41.
Pontifices quorum ſcripta adnotaui.	D. Bonifacius.	2.
	D. Ratbodus.	14.
	Adelboldus.	19.
	Fredericus 5.	61.
Pontifices ab officio remoti.	Goſuinus Amſtelius.	37.
	Ioannes 1. Naſſouius.	39.
	Suederus Culēburgius.	52.

LOCA

LOCA SEPVLCHRIS PONTIFICVM VLTRAIEC-tenſium clara.

Vltraiecti Auguſt. Templum S. Martini.

15. Balderici Cliuij.
19. Adelboldi.
21. Guilielmi 1.
23. Burchardi. (ſis.
25. Andreæ Cuiquē-
26. Hereberti Beronij
27. Hermāni Hornij
28. Godofridi Rhe-
29. Balduini 2. (nēſis
32. Theodorici 2.
33. Othonis 1.
34. Othonis 2.
36. Othonis 3.
38. Henrici 1.
41. Guilielmi 2.
42. Guidonis Aueniē-
43. Frederici 2. (ſis.
44. Iacobi Oſthornij
45. Ioannis 3.
47. Ioannis 4.
48. Ioannis 5.
50. Florētij Veuelic-
51. Frederici 3. (ouij.
53. Rodolphi Diep.
60. Georgij Egmōda.
61. Frederici 5. Taut.

Vltraiecti Templū Collegij S. Seruatoris.

3. D. Gregorij.
4. Adelbrici.
5. Theodardi.
6. Hermacari.
7. Ricofridi.
8. D. Frederici.
9. Alberici.
10. Ludgeri.
12. Odibaldi.
13. Egiboldi.
16. Volcmari.
17. Balduini 1. (*vt aiūt*)

Vltraiecti

Vltraiecti, Templum Collegij D. Mariæ.
Conradi Sucui. 22.
Vltraiecti, Templum Collegij D. Petri.
Bernulphi. 20.
Vltraiecti, Tem. Monaſterij D. Seruatij.
Vilibrandi Oldenburgij. 35.
Dauentriæ, Templum Primarium.
D. Ratbodi. 14.
Batauoduri, Templum Primarium.
Dauidis Burgundi 55, & Philippi Burgundi. 57.
Fuldæ, Monaſterium D. Benedicti.
D. Bonifacij. 2.
Epternacæ, Monaſterium D. Benedicti.
D. Vilibrordi. 1.
Oſtbrocæ, Monaſterium D. Benedicti.
Godebaldi. 24.
Monaſterium D. Benedicti in S. Monte ad Amersfordiam. Anfridi. 18.
Monaſterium Cartuſienſe, ad Montem D. Gertrudis. Giſberti Brederodij. 54.
Monaſterium S. Amandi.
Georgij Egmondani. 60.

Romæ,T Arnoldi 1. 30. &

Gulielmi 3. 59.

Pataui,T Theodorici 1. 31.

Baſileæ,T Suederi Culenburgij. 52.

Badæ,T Friderici 4. 56.

NON INVENI SEPVLCHRA:

11. Hungeri.

37. Goſuini Amſtelij.

39. Ioannis 1.

40. Ioannis 2.

46. Nicolai de Caputijs.

49. Arnoldi Hornij.

58. Henrici 2.

EPITAPHIVM DVORVM PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM IN MARTINIANO SEPVLTORVM, QVORVM NOMINA VETVSTATE INTERIERVNT.

Hic duo Pontifices releuati, Nomina quorũ
Tempus edax raſit, cognita ſed ſuperis.
Haud dubiũ tumulos quoniã meruere decẽtes
Pridẽ, quin maneant ſedib⁹ æthereis.

Dubium

Dubium de ſepultura, Hungeri 11. & Balduini 17. Pontificum Vltraiectenſium.

NVper cum Hiſtorias Pontificũ Noſtrorum accuratius examinabam, inueni vſquam BALDVINVM I. Pontificem Decimumſeptimum in Martiniano eſſe ſepultum, quem Aliȷ tamen in S. Seruatoris Templo ponunt; proinde non temerè à communi ſententia ſine euidenti argumento diſcedendum eſſe ratus, in margine tãtum adnotabam: fortè in Martiniano conditus. Cuius adnotationis memor, poſtquam Epitaphium hoc deſcripſerã, dubitare incepi, Num hic forte alter duorum ſit, quorum Nomina nobis tẽporis iniuria in Sepulchris ſuſtulit? ſimulq́ue HVNGERI Vndecimi Pontificis Sepulchrum inter Vetuſtiſſimos illos ſolum deſiderans, cuius nec annus nec dies mortis ignoratur (quomodo à ſufficienti facta diuiſione, aut ab inductione quam Dialectici perfectam vocant argumẽtamur) viriſimile mihi viſum eſt, HVNGERI ET BALDVINI Sepulturam iam ſæculis aliquot ignoratam, Epitaphio hoc deſignari. Nam ſex Aliorum Monimenta, vt multò recentiora à curioſo Rerum ſcrutatore ſuis locis inueniri poſſe non dubito.

BREVIS

CATALOGVS PONTIFICVM VLTRAIECTENSIVM, Alphabeticus, Maiori Catalogo inſeruiens.

Primus numerus ordinem, Secundus paginam deſignat.

Ordo.		Pagina.
19.	ADELBOLDVS, FRISIVS.	12.
4.	Adelbricus, Angloſaxo.	5.
9.	Albericus, Friſius.	7.
25.	Andreas, Comitis Cuiquenſis filius.	18.
18.	Anfridus, Huionum Regulus.	12.
30	Arnoldus 1. Iſenburgius.	21.
19.	Arnoldus 2. Domini Hornani filius.	35.
15.	BALDERICVS, Reguli Cliuiæ filius.	10.
17.	Balduinus 1. Hollandus Illuſtris.	11.
29.	Balduinus 2. Caſtus, Holland. Reguli filius.	21.
20.	Bernulph⁹, antè Paſtor Oſterbecan⁹.	14.
2.	Bonifacius, Primus Pont. Moguntin⁹.	3.
23.	Burchardus.	17.
22.	CONRADVS, Fundator Collegij D. Mariæ.	16.
55.	DAVID, Philippi Burgundi filius.	43.
13.	EGIBOLDVS, Friſius.	9.

50. FLO-

50.FLORENTIVS,Weuelicouius. 35.
8. Fredericus 1.in S. Seruatoris Ædeocciſus. 6.
43.Fredericus 2.Zyricius 1. 30.
51.Fredericus 3.Blankenhemius. 37.
56. Fredericus 4.Reguli Badenſis filius. 45.
61.Fredericus 5.Tautēburgius, Vltim⁹. 48.
60.GEORGIVS,Primi Comitis Egmondani filius. 47.
54.Giſbertus,Electus,D.Brederodij fili⁹.42.
24.Godebaldus,qui Inſulā recuperauit. 19.
28.Godefridus, Rhenenſis. 20.
37.Goſuinus, Amſtelius. 26.
3. Gregorius,Germanus Illuſtris. 4.
42.Guido,Frater Reguli Hollandiæ. 42.
21.Guilielmus 1.Vicarij Principis Geldriæ filius. 15.
41.Guilielmus 2.Bertoldus. 28.
59.Gulielmus 3.Encuorti⁹,Cardinalis. 47.
38.HENRICVS 1.Domini Vianij filius.26.
58.Henricus 2.Reguli Bauariæ filius. 46.
26.Herebertus,Beronius,Friſo. 19.
6. Hermacarus,Friſius. 6.
27.Hermannus Hornius. 19.
11.Hungerus,Friſius. 8.
44.IACOBVS Oſthornius. 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

39.Ioannes 1. Naſſouius. 27.
40.Ioannes 2.Zyricius 2. Lotharing⁹, 28.
45.Ioannes 3.Diſtenſis. 31.
47.Ioannes 4 Domini Herculani filius. 33.
48.Ioannes 5. Comitis Vernenburgij filius. 34.
10.LVDGERVS, Friſius. 8.
46.NICOLAVS de Caputijs, poſtea Cardinalis. 32.
12.ODIBALDVS, Friſius. 8,
33.Otho 1.Reguli Geldriæ frater. 23.
34.Otho 2.Frater Comitis Lippiani. 24.
36.Otho 3.Reguli Hollandiæ filius. 25.
57.PHILIPPVS, Philippi Burgundi filius. 46.
14.RATBODVS, ex Friſiorũ Regibus oriundus. 9.
7. Ricofridus, Friſius. 6.
53.Rodolph⁹ Comitis Diepholdij fili⁹. 40.
52.SVEDERVS, Domini Culenburgenſis filius. 38.
5. THEODARDVS, Friſius. 5.
31.Theodoric⁹ 1.Reguli Holl̃adiæ fili⁹.22.
32.Theodoricus 2.Ab Ara. 22.
35.VILIBRANDVS Comitis Oldenburgij filius. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

1. Vilibrordus Angloſaxo, Primus Pontifex. 1.
16. Volcmarus, Friſius. 11.

BREVIS
CATALOGVS ANTISTITVM
EGMONDANORVM, MAIORI
Catalogo inſeruiens.

VONOBOLDVS. 1.
Andreas. 2.
Bruno. 3.
Renerus vel Reginardus. 4.
Stephanus vel Steppo, D. Egmondani filius. 5.
Alardus vel Atalardus. 6.
Anſelmus vel Ancelinus. 7.
Gualterus, Mon. Gandauenſis D. Petri. 8.
Viboldus. 9.
Lambertus, Mon. Gandauēſis D. Petri. 10.
Franco. 11.
Lubbertus 1. Rijſuicus. 12.
Henricus 1. 13.
Arnoldus. 14.
Theodoricus 1. 15.
Lubbertus 2. Primus Antiſtes Regalis. 16.

Nicolaus 1. Saſſenhemius. 17.
Henricus *2.* 18.
Florentius Vtenhagius. 19.
Vernerus Vtenvvaerdius. 20.
Bertoldus Domini Oyeni filius. 21.
Theodoricus *2.* Screuelius. 22.
Hugo 1. Harlemius. 23.
Guilielmus 1. Rollandus. 24.
Ioannes 1, Oloutius, Doctor Iuris. 25.
Hugo Aſſendelfius. 26.
Ioannes *2.* Hillegomius. 27.
Ioannes 3. Weentius. 28.
Gerardus 1. Ockenbergius. 29.
Guilielmus 2. Matheneſius. 30.
Iacobus Poelgeeſtius. 31.
Gerardus *2.* Poelgeeſtius. 32.
Nicolaus 2. Adrichemus. 33.
Ioannes 4. Drielius. 34.
Henricus 3. Wittenhorſtius. 35.
Meynardus Mannius. 36.
Guilielmus 3. Goeſanus. 37.
Nicolaus 3. à Noua Terra. 38.
Godofridus à Mierlo. 93.

COGNO-

COGNOMINA ANTISTITVM EGMONDANORVM, quorum ratio haberi potuit ex Catalogo.

ADRICHEM	*Nicolai 2.*	33.
Aſſendelft	*Hugonis 2.*	26.
Driel	*Ioannis 4.*	34.
Egmondt	*Stephani*	5.
	Lubberti	16.
Goes	*Guilielmi 3.*	37.
Hillegom	*Ioannis 2.*	27.
Man	*Meynardi*	36.
Mathenes	*Guilielmi 2.*	30.
Mierlo	*Godofridi*	39.
Noua terra	*Nicolai 3.*	38.
Ockenbergh	*Gerardi*	29.
Oyen	*Bertoldi*	21.
Olout	*Ioannis 1.*	25.
Poelgheeſt	*Iacobi*	30.
	Gerardi 2.	32.
Rollandt	*Guilielmi 1.*	24.
Rijſvvijck	*Lubberti 1.*	12.
Saſſenhem	*Nicolai 1.*	17.
Screuel	*Theodorici 2.*	22.

H 5 Weent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

VVeent	*Ioannis 3.*	28.
VVtenhaghe	*Florentij*	19.
VVittenhorſt	*Henrici 3.*	35.
VVtenvvaerde.	*Verneri.*	20.

Antiſtites qui dignitatem depoſuerunt.

Anſelmus. Improbus.	7
Henicus 2.	18
Guilielmus 1. Rollandus.	24
Ioannes 3. Weentius.	28
Nicolaus 3. A Noua Terra.	38

Antiſtites quorum ignorantur ſepulchra.

Viboldus.	9	Arnoldus.	14
Lambertus.	10	Theodoric⁹ 1.	15
Lubbert⁹ 1.	12	Nicolaus 1.	17
Henric⁹ 1.	13		

Alij omnes (exceptis Ioanne 4. *qui Bredæ iacet,* & Nicolao 3. *qui Vltraiecti) vt teſtantur Epitaphia, Egmondæ in Monaſterio conditi ſunt; Vnico ſolum* Alardo. 6, *Antiſtite, in Diœceſano ibidē quod fundauit Templo, ſepulto; Nam,* Anſelmum, Meynardum, & Guilielmū 3. *Epitaphijs carentes, etiam Egmondæ ſepultos eſſe conſtat.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

OSTENDITVR EX TIMÆO PLATONIS, PRISCARVM PERſonarum & Rerum ignaros, Item literarum monimentis deſtitutos, Pueros eſſe.

SI Solo ô Aminander (inquit Critias) non tantum relaxandi animi gratia, ſed dedita opera ſeriòque ſicut alÿ poëſim eſſet ſecutus, vel hiſtoriam quam ab Ægypto reuerſus inſtituerat, obſoluiſſet, à qua quidem ſeditionibus cæteriſque ciuitatis fluctib. deturbatus, medio in curſu deſtitit, *nec Homero, nec Heſiodo, nec alio quoquam Poëtarum vt opinor, inferior extitiſſet. Ad hæc ille, qua de re ô Critia, tractare Solo inſtituit?* De maximis *inquit* Rebus ab hac ciuitate quondã geſtis, quarum memoria apud nos temporis diuturnitate & interitu hominum extincta eſt. *Dic quæſo inquit, ô Critia, quid illud opus & quomodo actum, & à quibus auditum tanquam verum Solo narrabat? Eſt inquit Ægypti regio Delta, cuius è vertice ſcinduntur fluenta Nili; Eius campi, Saitica præfectura nominantur, in quib. maxima ciuitas eſt, quam Saim vocant, Quo Solo profectũ ſe honorificè acceptum fuiſſe referebat.* Et cum de vetuſtatis memoria, ab illis

Sacer-

Sacerdotibus qui in hac re cæterorum peritiſſimi erant, queſiſſet, Expertum ſe eſſe dicebat, neque ſeipſum, neque alium Græcorum quenquam, cognitionem antiquitatis vllam habere. *Quandoque verò coram Sacerdotibus vt eos ad ſua narranda prouocaret, de antiquiſſimis illis Athenarum geſtis reb. verba feciſſe*, Phoroneo *primò, &* Niobe, *poſtq́; inũdationem mundi*, *de* Pyrrha *&* Deucalione *eorumq́; poſteritate*, & de temporibus quib. ſingula contigerunt. *Tunc ex Sacerdotibus quendam grandem natu dixiſſe:* O SOLO SOLO, GRÆCI PVERI SEMPER ESTIS, NEC QVISQVAM E GRÆCIA SENEX. *Cur iſtud diceret percontante Solone, reſpondiſſe Sacerdotem:* Quia iuuenis ſemper vobis eſt animus, in quo nulla eſt ex vetuſtatis commemoratione priſca opinio, nulla cana ſcientia. Quod ideo vobis contingit, quia multa & varia hominum exitia fuerunt, eruntq́. Maxima quidem aut ignis conflagratione, aut aquæ inundationibus prouenire neceſſe eſt: minora verò alijs innumeris calamitatibus fieri. *Fit enim longo temporum interuallo cæleſtis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vaſtitas neceſſario ſequitur. Tunc hi*

qui

qui edita & arida incolunt loca magis pereunt, quam mari fluuijſq; vicini; Nobis porro Nilus cum in pleriſq; rebus ſalutaris eſt, tum huiuſmodi à nobis arcet exitiũ. Quando verò Dij aquarum colluuione terræ ſordes diluunt, paſtores ouium, atque bubulci qui iuga montium habitant, periculum illud euadunt, veſtræ autem ciuitates in planitie ſitæ, impetu fluminum ad maria rapiuntur, *ſed in hac noſtra regione neque tunc, neque alias vnquam aqua in agros ſupernè deſcendit, contrà verò ſurſum è terræ viſceribus ſcaturit.* Quamobrem antiquiſſimarum Rerum apud nos monimenta ſeruantur. *Proinde vbicunque nec imbrium tempeſtas nimia, nec incendium ingens contingit, licet alias pauciores, alias plures, ſemper tamen homines ſunt.* Quæcunque verò à Noſtris ſiue à veſtris, ſiue alijs Nationibus geſta ſunt memoratu digna, modò ad aures noſtrorũ peruenerint, noſtris in templis deſcripta ſeruantur. Apud vos quidem & alias gentes, Res geſtæ nuper literis monumentiſq. traduntur, ſed certis temporum curriculis illuuies immiſſa cœlitus omnia populatur; Ideo qui ſuccedũt, & literis & muſis orbati ſunt.

QVO FIT VT QVASI IVVENES ITERVM SITIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

SITIS ET RVDES, PRÆTERITARVM RERVM OMNIVM PRORSVS IGNARI. *Nam & ea ipſa quæ modò ex veſtris Hiſtorijs recenſebas, à fabulis puerilibus ô Solo parum distant, primò quod vnius tantum inundationis memineris, cum multæ præceſſerint*; deinde quod genus maiorum veſtrorum, in Regione veſtra clariſſimum & optimum ignoretis, *ex quo tu & Athenienſes cæteri nati estis, exiguo ſemine quondam publicæ cladi ſuperſtite.* Quod propterea vos latuit, quia ſuperſtites illi, eorumque poſteri, literarum vſu multis ſæculis caruerunt.

Hæc Plato de Græcis, ipſisq́; Athenis; vnde quid de nobis cenſendum clarè patet.

CORRIGENDA.

Pagina 1. pro an. 1696. lege 695. ibidem pro frater D. Vinibaldi, lege frater D.Viĩbaldi. pa. 4. pro Luwers/ Lauwers. *pa. 15. in ſine marginis pro 4. Cal. Maÿ, 5. Cal. Maÿ. pa. 30. in margine, pro An. 1380. a vidua. 1308. Licentiam verò ſituſue ineptos, & perantiquos priſcorum verſuum errores diſſimulans, inſignem tantum, pag. 29. inſinuatum, ſic corrige barbariſmum, ſi placet: ſubtus ſuis manibus occubuit. In fine Indicis Antiſtitum quoque, pro 93. 39. ſubſtitue.*

Item in Hiſtoria Regulorum Hollandiæ. an. 1583.
Impreſſa apud Paetium.

Pagina 6. vbi in margine numeri adnotantur, pro An. Milleſimo, lege. 1018. pa. 68. In familia Lancaſtri Ducis, pro Eduardi filia, lege Edmondi filia. pa. 37. de 6. Adminiſtratore, pro Quadrageſimoquarto, lege. 46.

P. C. B. G.

NE VITA TRAGOEDIA.

Extant Goudæ, apud Leonardum Theodori Librarium, ad pontem Hornenſem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9

376c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 F 9